

Quare non/
nunquam insula/
urbes & mō/
res corruant.

Patria pro re/
gione.

secus accidens quassat. Quod nullo modo potest fieri. Algere enim debet, ut idem illi accidat, quod nobis, quos externa causa in horrorem agit. Accidere autem terra simile quiddam nostrae affectionis, sed non ex simili causa concessim. Illam interior & altior iniuria debet impellere, cuius rei argumentum uel maximum hoc potest esse, quod cum uehementi motu adaperum ingenti ruina solum est, totas nonnuncquā urbes & recipit hiatus ille & abscondit. Thucydides ait, circa Peloponnesiaci belli tempus Atalantam insulam aut totam aut certe maxima ex parte superfusam. Idem Sidonia accidisse possi donio crede. Nec ad hoc testibus opus est. Meminimus enim terris interno motu diuulsis, loca disiecta, & campos interisse. Quod iam dicam, quemadmodum existimem fieri. Cum spiritus magna ui in uacuum terrarum locum penitus applicuit, cepitque rixari, & de exitu cogitare, latera ipsa inter quae latet sepius percussit, supra quae urbes interdum sitae sunt, haec nonnunquam adeo concutiuntur, ut edificia superposita procumbant. Nonnunquam in tantum, ut parietes quibus fertur omne regimen caui, decidant in illum subteriacentem locum, totaque urbes in immensam altitudinem uegant. Si uelis credere, aiunt, aliquando Oslam Olimpo cohesisse, deinde terrarum motu recessisse, & scissam unius magnitudinem montis in duas partes tunc effugisse. Penæon qui paludes quibus laborabat Thesalia siccauit, abductis in se quae sine exitu stagnauerat aquis. Ladon flumen inter Helim & Megalopolim medius est, quem terrarum motus effudit. Per hoc quid probo, ni laxos specus (quid enim aliud appellem loca uacua sub terris) spiritui commouere: Quod nisi essent magna terrarum spacia, commouerent & una multa titubarent. Nunc exiguae partes laborant, nec unquam per ducenta militaria motus extenditur. Ecce hic qui impleuit fabulis orbem, non transcendit Campaniam. Quid dicam? cum Chalcis tremuit Thebas stetit? Cum laborauit Aeginae tam propinquas illi patrias de motu nihil audisset? Illa uasta concussio, quae duas suppressit urbes Helicen, & Burim, circa Aegaeum constitit. Apparet ergo in tantum spacium motum protendere, quantum illa sub terris uacantis loci inanitas pateat. Poteram ad hoc probandum abuti auctoritate magnorum uirorum, qui Aegyptum nunquam tremuisse tradunt. Rationem autem huius rei hanc reddunt, quod ex limo tota concreuerit. Tantum enim (si Homero fides est) aberrat a continenti Pharos, quantum nauis diurno cursu metiri plenis lata uelis potest, sed continenti admota est, Turbidus enim defluens Nilus, multumque secum limum trahens, & eum subinde apponens prioribus terris, Aegypto annuo incrementō semper ultra tulit. Inde pinguis & limosi soli est, nec ulla interualla in se habet, & sic creuit in solidū arecente limo, cuius pressa erat & sedens structura, cum partes glutinarent, nec quicquam inane interuenire poterat, cum solido liquidum, ac molle semper accederet. Sed mouetur & Aegyptus & Delos quam Vergilius stare iussit. Immotamque colli dedit, & cōtemnere uentos. Hanc philosophi quoque credula natio dixerunt, non moueri auctore Pinidaro. Thucydides ait, antea quidem immotam fuisse, sed circa Peloponnesiacum bellum tremuisse. Calisthenes & alio tempore ait hoc accidisse. Inter multa, inquit, prodigia quibus denunciata est duarum urbium Helices & Buris euersio, fuere maxime notabilia, collumna ignis inmensi, & Delos agitata. Quam ideo stabilem uideri uult, quia mari imposita sit, habeatque concavas rupes & saxa peruia, quae dent deprehensio aeri reditum. Ob hoc etiam insulas esse certioris soli, urbisque eo tutiores, quo propius ad mare accesserunt, falsa haec esse Pompeium & Herculeum sensere, Adijce nunc, quod omnis ora maris obnoxia est moribus, Sic Paphos non semel corruit. Sic nobilis & huic iam familiaris Malonicopolis. Cyprum ambit altum mare & agitatur. Tyros & ipsa tam mouetur quae diluitur. Haec fere causae redduntur, propter quas tremunt terra. Quaedam tamen propria in hoc Campano motu accidisse narratur, quorum ratio reddenda est. Aiunt enim sextentarum ouium gregem exanimatum in Pompeiana regione. Non est quare hoc putet ouibus illis timore accidisse. Diximus solere post magnos terrarum motus pestilentiam fieri. Nec id mirum est, Multa enim mortifera in alto latent. At aer ipse qui uel terrarum culpa uel pigritia & aeterna nocte torpescit, grauis haurientibus est. Vel corruptus aeternorum ignium uitio, cum est longo situ emissus, parum habet liquidum, quod maculat ac polluit, insuetumque ducentibus spiritum afferit noua genera morborum.

Quid

Quid quod aquae inutiles pestilentisque in abdito latent, ut quas nunquam usus exerceat, nunquam aura liberior uerberet? Crassa itaque & graui caligine lēpiter itaque tecta, nisi nisi pestiferum in se & corporibus nostris contrarium habent. Aer quoque qui mixtus est illis, quique inter illas paludes iacet, cum emerit, late uitium suum spargit, & haurientes necat. Facilius autem pecora sentiunt, in quae pestilentia incidere solet, quo audiora sunt, a parte coelo plurimum utuntur, & aquis, quarum maxima in pestilentia culpa est. Oues uero mollioris naturae quo propria terra ferunt capita, corruptas esse non miror, cum flatus direi aeris circa ipsam humum exceperint. Nocuisset ille & hominibus, si maior exisset, sed illum copia aeris sinceri extinxit, antequam ab homine posset trahi. Multa autem terras haberi mortifera uel ex hoc intellige, quod tot uenenata nascuntur. Non manu sparsa sed sponte, solo scilicet habente, ut boni ita mali semina. Quid quod pluribus Italiae locis per quaedam foramina pestilens exhalatur uapor, quem non homini ducere, non fera tutum est. Aues quoque si in illum inciderint, antequam coelo meliore lenatur, in ipso uolatu cadunt, liuentque corpora, & non aliter quam per uim elisa fauces tument. Hic spiritus quadiu terras continet, tenui foramine fluens, non plus potentiae habet, quam ut despestantia & ultra sibi illata conficiat. Vbi per sacula conditis tenebris, ac tristitia loci creuit in uitium, ipsa ingrauescit mora, hoc peior quo seignior. Cum enim exitum nactus est, aeternum illud umbrosi frigoris malum, & inferna noctem soluit, ac regionis nostrae aera infuscat. Vincuntur enim meliora peioribus, Tunc etiam ille spiritus purior transit in noxium. Inde subita continuaturque mortes & monstrosa genera morborum, ut ex nouis orta causis, breuis aut longa clades est, prout uitia ualere. Nec prius pestilentia desinit, quam spiritum illum grauem exercuit laxitas coeli, uentorumque iactatio. Nam quod aliquos insanis attonitisque similes discurrere facit motus, qui excutit mentes, ubi priuatus ac modicus est, quid ubi publice terret, ubi cadunt urbes, populi opprimunt, terra concutitur? Quid mirum est animos inter dolorem & metum destitutos aberrasse? Non est facile inter magna mala non desipere. Itaque lenissima ingenia fere in tantum uenere formidinis, ut sibi exciderent. Nemo quidem sine aliqua iactura sanitatis expauit, similisque furenti, qui quisque timet. Sed alios cito timor sibi reddit, alios uehementius perturbat, & in dementia transfert. Inde inter bella errauere lymphatici, nec usquam plura exempla uaticinantium inuenies, quae ubi formido mentes religione mixta percussit. Statuam diuilem non miror, cum dixerim montes a montibus recessisse, & ipsum disruptum esse ab imo solum. Haec loca ut quondam & uasta percussa ruina (Tantum autem longinqua ualeat mutare uetustas) Dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus una foret, uenit ingenti ui pontus, & ingens Hesperium siculatus abscondit, aruaque & urbes, Aequore diductas, angusto interluit aestu. Vides totas regiones a suis sedibus reuelli, & trans mare iacere, quod in confinio fuerat. Vides & urbium fieri gentiumque dissidium, cum pars naturae concita est, deesse & aliquo mare ignem spiritu impedit, quorum mira, ut ex toto, uis est. Quamuis enim parte sauiat, mundi tamen uiribus sauit. Sic & Hispanias a cōtextu Africae mare eripuit, Sic per hanc inuentionem quam poetarum maximi celebrant, ab Italia Sicilia reiecta est. Aliquanto autem plus impetus habent, quae ex infimo ueniunt. Acriora enim sunt in quibus nifus est per angustia. Quantas res huius terrarum tremores, quaque mira spectacula ediderint, satis dictum est. Cur ergo aliquis ad hoc stupet, quod aeternis staturae, ne solidum quidem, sed concuum ac tenue disruptum est, cum fortasse in illud se spiritus, quarens fumum, includerit? Illud uero quis nescit? Diductis edificia angulis uidimus moueri, iterumque compositi. Quaedam uero parum aptata positu suo, & a fabris negligentius solutiisque composita, terramotus sepius agitata compegit. Quod si totos parietes & totas findit domos, & latera magnarum turrium, qua solida sunt scindit, & pilas operibus subditas dissipat, quid est, quare quisquam dignum annotari putet, se etiam esse aequaliter ab imo ad caput in partes duas statua? Quare tamen plures dies motus fuit? Non desijt enim assidue tremere Campaniam, clemētius quidem, sed ingenti damno, quia pressa & quassa quatiebat, quibus ad cadendum stantibus, non erat impelli, sed agitari. Nondum uidelicet spiritus omnis exierat, sed adhuc emissis sui parte maiore obrabat. Inter argumenta quibus probatur spiritum ista fieri, non est quod dubites & hoc ponere, cum maximus editus tremor est, quo in urbes terraeque sauitur est, nec

Vt etiam non/
uerca sentia/
mus uenenū
terra pducit.

*

Ast, imale

est, nec potest par illi subsequi alius, sed post uim maximā leues motus sunt, quia uehementius exitum uentis luctantibus fecit. Reliquia deinde residui spiritus nō idem possunt, nec illis pugna opus est, cū iam uia inuenerint, sequantur ea qua prima uis ac maxima ualuit. Hoc quoque dignū memoria iudico, ab eruditissimo & grauissimo uiro cognitū, forte enim cū hoc euenit lauabat, uidisse se affirmabat in balneo tessellae, quibus solū erat stratum, alterā ab altera separari, iterūque cōmitti, & aquā modo recipi in cōmissuras pauimento recedente, modo cōpresso bullire & elidi. Eundē audiui narrantē uidisse se molles materias, mollius crebriusque tremere, quā natura duras. Hęc Lucili uirorū optime quantū ad ipsas causas. Illa nunc, quæ ad confirmationē animorū p̄tinent, quos magis refert natura fortiores fieri, quē doctiores. Sed alterum sine altero nō fit. Non em̄ aliunde animo uenit robur, quā a bonis artibus, quæ a contemplatione naturæ. Quem enim nō hic ipse casus aduersus omnes firmauerit & erexerit? Quid est enim, cur ego hominē aut feram quidē, cur sagittam aut lanceam tremam; maiora me pericula expectant. Flu minibus & terris & magnis naturæ partibus petimur. Ingenti itaque animo mors proxianda est, siue mors aequo uastoque impetu aggredis, siue quotidiano & uulgari exitu, nihil refert quā minax ueniat, quantūque sit, quod in nos trahat. Quod a nobis petat, minimū est. Hoc senectus a nobis ablatura est. Hoc auriculæ dolor, hoc in nobis humoris corrupti abundantia, hoc cibus parum obsequēs stomacho. Hoc pes leuiter offensus. Pusillares est hominis anima, sed ingens res est contēpus animæ. Hanc qui contempserit, securus uidebit maria perturbari, etiam si illa omnes excitauerint uenti, etiā si æstus aliqua perturbatione mundi, totū in terras uerterit oceanū. Securus aspiciet fulminātis cœli truce ac horridam faciē, frangat licet cœlum, & ignes suos in exitum omniū imprimis suū misceat, securus aspiciet ruptis cōpagibus dehiscens solū. Illa licet inferorū regna reteganatur, stabit sup̄ illam uoraginē intrepidus, & fortasse quo debet cadere desiliet. Quid ad me, quā sint magna quibus pereō? Ipsum perire nō est magnū, proinde si uolumus esse felices, si nec hominū nec deorū, nec rerum timore uersari, si despiciere fortunā sup̄uacua promittentē, leuia minitantē, si uolumus tranquille degere, & ipsis dijs de felicitate conuolueriam agere, anima in expedito est habenda. Siue illam insidia, siue morbi perent, siue hostium gladij, siue insularū cadentiū fragor, siue ipsarū ruina terrarū, siue uasta uis ignis, urbes agrosque pari clade complexa, quā libet illi eam accipiat. Quid aliud debeo, quā exeuntem hortari, & cum oibus bonis emittere: uade fortiter, uade feliciter. Nihil dubitaueris reddens. Non de re, sed de tempe est quæstio. Facis quod quādoque faciendū est, nec rogaueris, nec timueris, nec te uelut in aliquod malum exiturū tuleris retro. Rerum natura quæ te genuit expectat, & locus melior ac tutior. Illic nō tremunt terræ, nec inter se uenti cū magno nubis fragore concurrūt, non incendiā regiones urbesque uastant, nō naufragiorū totas classes sorbentiū metus est, nō arma cōtrahis disposita uexillis, & in mutuā perniciem multorū militum par furor, nō pestilentia, & ardentis promiscue, cōmunes populis cadētibus, rogi. Istud leue est. Quid timeamus? Graue est, potius semel incidat, quā semper impendat. Ego autē perire timeam, cum terra ante me periret, cum ista quatiānt quæ quatiunt, & in iniuriā nostrā non sine uia ueniunt? Helicem Burimque totas mare accepit, ego de uno corpulculo timeam; Supra oppida duo nauigatur, duo autē quæ nouimus, quæ in nostram noticiam memoria literis seruata perduxit. Quam multa alia alijs locis merfa sunt? Quorū populos aut terra aut infra se mare includit? Ego recusem mei sine, cum sciam me sine sine nō esse: imo cum sciam omnia esse finita. Ego ultimū suspitū timeam? Quantū potes itaque ipse te cohortare Lucili, contra me tum mortis. Hic est qui nos humiles facit, hic est qui ipsam uita cui parcat inquietat, ac p̄dit. Hic omnia ista dilatat, terrarū morus, & fulmina. Quæ omnia ferēs constanter, si cogitaueris nihil interesse inter exiguum tempus, & longum. Horæ sunt quas perdimus. Puta dies esse, puta menses, puta annos, perdidimus illos, nemp̄ perituros. Quid oro te refert: si non pueniam ad illos? fluit tempus & auidissimos sui deserit. Nec quod futurum est, meū est, nec quod fuit, in puncto fugientis t̄pis. Pendeoque & magni est modicum fuisse. Eleganter ille Lelius sapiens dicenti cuidam sexaginta annos habeo. Hos, inquit, dicis sexaginta quos non habes? Nonne ex hoc quidem intelligimus incomprehensibilis uita

Animus bonis artibus infertur facile ad fortitudinem flectitur. At. Iferiam

sibilis uita conditionem & sortem temporis semper alieni, quod annos annumeramus amissos. Hoc assignemus animo, hoc nobis subinde semper dicamus. Moriendum est? Quando? Quid tua interest? Mors naturæ lex est, tributum officiumque mortaliū, malorumque omnium remedium est. Optabit illam, quisquis timet. Omnibus omnis hoc unum Lucili meditare, ne mortis nomen reformides, effice illam tibi cogitatione multa familiarē, Vel si ita tulerit, possis illi & obuiam exire.

Libri sexti naturalium quæstionum finis.

LVCII ANNEI SENECAE NATURALIUM QUÆSTIONUM

LIBER SEPTIMVS ET VLTIMVS. In quo agitur de Cometis.



EMO usque eo tardus & hebes & demissus in terram est, ut ad diuinā non erigatur, ac tota mentē conseruat, utique ubi nouum aliquod e cœlo miraculum fulsit. Nam quādiu solita decurrunt, magnitudinē rerum consuetudine subducit. Ita enim compositi sumus, ut nos quotidiana etiam si admiratione digna sunt, transeant. Contra minimarū quoque rerum, si insolita p̄dierunt, spectaculum dulce fiat. Hic itaque cœtus astrorum, quibus immensi corporis pulchritudo distinguitur, populum non conuocat. At cum aliquid ex more mutatum est, omniū uultus in cœlo est. Sol spectatorem nisi cum deficit nō habet. Nemo obseruat lunam, nisi laborantem, tunc urbes conclamant, tunc pro se quisque superstitione uana trepidat. Quanto illa maiora sunt, quod sol totidem (ut ita dicam) gradus quot dies habet, & annum circuitu suo claudit, quod a solstitio ad minuedos dies uertitur, quod a solstitio statum inclinat & dat spacium noctibus, quod sidera abscondit, quod terras cum tanto maior sit illis non urit, sed calorem suum intensionibus ac remissionibus temperando fouet, quod lunam nunquā implet nisi aduersam sibi, nec obscurat. Hęc tamen non annotamus, quædium ordo seruat. Sed siquid turbatum est, aut præter consuetudinē emicuit, spectamus, interrogamus, ostendimus. Adeo naturale est, magis noua quā magna mirari. Idem in Cometis sit, si rarius & insolite figuræ ignis apparuit. Nemo nō scire quid sit cupit, & oblitus aliorum de aduentio quærit, ignarus, utrum debeat mirari aut timere. Non enim desunt qui terreant, qui significationes eius graues prædicent. Sciscitant itaque & agnoscere uolunt, prodigium sit, an sydus. At me hercules nō aliud quis aut magni fidentius quæserit, aut didicerit utilius, quam de stellarū syderumque natura, utrum flamma contracta, quod & uisus noster affirmat, & ipsum ab illis fluens lumen & calor inde descendens, an uero sint flammæ orbis, sed solida quadam terreneque corpora, quæ per igneos tractus labentia inde splendore trahant coloremque, non de suo clara. In qua opinione magni fuere uiri, qui sidera crediderunt ex duro concreta, & ignem alienum partem. Nam per se, inquit, flamma diffugeret, nisi aliquid haberet quod teneret, & quo teneret, conglobataque nec stabili indita corpori, p̄ certo iam mundus turbine suo dissipasset. Ad hæc inuestiganda proderit quærere, num Cometæ conditionis sint, cuius superiora. Vident enim cum illis quædā habere cōmunia, ortus & occasus. Ipsi quoque quāuis spargant & longius exerant faces, æque tamē igni splendidi que sunt. Itaque si omnia terrena sidera sunt, his quoque eadē fors erit. Si uero nihil aliud sunt quæ purus ignis, mouenturque mensibus lenis, nec illos cōuersio mundi soluit & uelocitas, illa quoque possunt & tenui consistere materia, nec ob hoc discuti assiduo cœli circūactu. Illo quoque p̄tinebit hoc excussisse, ut sciamus utrum mundus terra stante circūeat, an mūdo stante terra uertat. Furrunt enim qui dicent nos esse, quos rerū natura nescientes ferat, nec cœli motu fieri ortus & occasus, sed ipsos oriri & occidere. Digna res est contemplatione, ut sciamus in quo rerū statu simus, pigerrimā sortiti an uelocissimā sedē, circa an in græcia inuenta. Democritus quoque subtilissimus antiquorū omniū suspicari ait, plures stellas esse quæ currant, sed nec numerū illarum posuit, nec omnia, nec dum cōprehensis quinque syderū curibus. Eudoxus primus

Semper noua quantumvis exigua in admiratione non ducunt.

At. non

Nimirum stulticia opinio.

doxus primus ab Aegypto hos motus in Graciā transtulit. Hic tamen de Cometis nisi hil dicit. Ex quo apparet ne apud Aegyptios quidem, quibus maior caeli cura fuit, hanc partem elaboratam. Conon postea diligens & ipse inquisitor, defectiones quidem solis seruat as ab Aegyptijs collegit, nullam autem mentionē fecit Cometarū, non pratermissurus, si quid explorari apud illos comperisset. Duo certe qui apud Chaldeos studuisse se dicunt, Epigenes & Apollonius Mindius, peritissimus inspicendorū naturalium, inter se dissident. Hic enim ait, Cometas in numero stellarum errantium poni a Chaldeis, teneriq; cursus earum. Epigenes contra ait, Chaldeos nihil de Cometis habere comprehensi, sed uideri illos accendi turbine quodam aeris concitati & intorti. Primū ergo (si tibi uideretur) opinionones huius ponamus ac refellamus. Hinc uidetur plurimū uirium habere, ad omnes sublimium motus stella Saturni. Haec cum proxima signa Martis, aut in Luna uicina transit, aut Solis incidit radios, natura uentosa & frigida contrahit plurimū locis aera, cōglobatq;. Deinde si radios solis assumpsit, tonat fulguratq;. Si Martem quoq; consentientem habet, fulminat. Præterea, inquit, aliam naturā habent fulmina, aliam fulgurationes, Aquarum enim & omnis humidi euaporatio splendores tantum caeli citra istum minaces mouet, Illa autem calidior siciorq; terrarū exhalatio fulmina extorcedit. Trabes uero & faces quæ nullo alio inter se quam magnitudine distant, hoc modo fiunt. Cum humida terrenaq; in se globus aliquis aeris claudit, quæ turbine dicimus, quacumq; fertur, præbet speciem ignis extenti. Quæ tam diu durat, quādiu mansit aeris illa complexio, humidi intra se terreniq; multum uehes. Vt a proximis mēditis incipiam, falsum est faces & trabes exprimi turbine. Turbo enim circa terras concipitur ac fertur. Ideoq; arbuscula radicibus uellit, & quacūq; incumbit, solum nudat. Siluas interim & te cta corripens, inferior fere nubibus, utiq; nunquam altior. At contra trabes editior caeli pars ostentat, ita nunquā nubibus obstituerunt. Præterea turbo omni nube uelotior rapitur, & in orbem uertitur. Super ista uelociter definit, & ipse se sua ui rumpit. Trabes autem non transcurrunt, nec præteruolant, ut faces sed cōmorantur, & in eadem parte caeli collucent. Charimander quoq; in eo libro, quā de Cometis composuit, ait Anaxagoræ uisum grande in solitumq; caelo lumen magnitudine amplā trabis, & id p. multos dies fuisse. Calisthenes tradit antequā Burim, & Helicem mare absconderet. Aristoteles ait, non trabem illam sed Cometem fuisse, Caterum ob nimium ardorem non apparuisse sparsum ignem, sed procedente tempore cum iam minus flagraret, reddidit suam Cometis faciem. In quo igne multa quidem fuerunt digna, quæ notarent. Nihil tamen magis, quā quod ut ille fuit in caelo, statim supra Burim & Helicem mare fuit. Nunquid ergo Aristoteles nō illam tantum, sed omnes trabes Cometas esse credebatur. Hanc habetis differentiam, quod ijs continuus ignis est, cæteris sparsus. Trabes enim flammam æqualem habent, nec ullo loco intermissam aut languidam. In ultimis uero partibus coactam, qualē fuisse illam, de qua modo retuli, Calisthenes tradit. Duo, inquit, Epigenes Cometarū genera sunt. Alij ardorem undiq; effundūt, nec locum mutant. Alij in unam partem ignem uagum in modum comæ porrigunt, & stellas non prætermeant, quales duo atate nostra uisi sunt. Illi priores criniti undiq; etiam immoti, humiles fere sunt, & eisdem causis quibus trabes facesq; constantur, & ex intemperie aeris turbidi, multa secum arida humidatq; terris exhalata uerfantis. Potest enim spiritus per angusta elisus accendere supra se positum aera, plenum alimentis idoneis igni. Deinde propellere ex nitido, ne ex aliqua causa refluat cursus ac remittatur. Deinde iterum proximo die ac sequentibus consurgere & eundem locum inflāmare. Videmus enim uentos per plures dies ad constitutum redire. Pluuia quoq; & alia tempestatum genera ad præscriptum reuertuntur. Vt breuiter autem uoluntatem eius exprimam, eadem fere ratione hos fieri Cometas existimat, qua fiunt ignes turbine eiecti. Hoc unū interest, quod illi turbines ex superiori parte in terras deprimunt. Hij de terra in superiora eleuant. Aduersus hæc multa dicuntur. Primum si uentus in causa esset, nunquā Cometes sine uento appareret. Nunc autē & quietissimo aere apparet. Deinde si uento fieret, cum uento caderet. Et si uento inciperet, cresceret uento, eoq; esset ardētior, quo ille incitator. His accedit illud quoq;, Ventus multas aeris partes impellit. Cometes in uno loco apparet, & uentus in

Duo Cometarū genera.

sublime non peruenit. Cometæ autem uisuntur supra q̄ uentis ire licet. Transit deinde ad illos, quos ait certiorē habere stellarum speciem, qui & procedunt & signa præterunt. Hos ait ex eisdem causis fieri, quibus illos quos dixit humiliores. Hoc tantum inter est, q̄ terrarum exhalationes multa secum arida ferentes, celsiorem petant partem, & in editiora caeli Aquilone pellant. Deinde si illos Aquilo, ppelleret, ad meridiē semp ageantur, quo uentus hic nititur. Atqui uarie concurrunt, alij in ortum, alij in occasum, oēs inflexu, quod iter nō daret uētus. Deinde si Aquilonius illos impetus a terris in altum leuaret, alij uentis nō oriretur Cometa, atqui oriūtur. Illam nūc rationem eius, utraq; emū utitur, refellamus. Quicquid humidū aridūq; terra efflauit, cum in unum coit, ipsa discordia corporum, spiritū uersat in turbine. Tunc illa uis uenti circumeuntis quicquid inter se comprehendit, cursu suo accendit, & leuat in altum, ac tam diu manet splendor ignis ex pressis, q̄ diu alimenta sufficiunt, quibus desinentibus, & ipse subsidit. Qui hoc dicit, non notat qualis sit turbine cursus, & qualis Cometarum. Illorum rapidus ac uiolētus & ipsi uentis citator est. Cometarum leuis, & q̄ per diem & noctem quantū transferit, abscondat. Deinde turbine motus uagus est & disiectus, & (ut Salustij uerbis) uerticosus. Cometarū autem compositus, & destinātū iter carpens. Num quis nostrum aut accedere ret lunam aut quinq; sydera rapi uento, aut turbine rotari? Non ut puro. Quare? quia nō est illis perturbatus & impotens cursus. Ad Cometas idem trāsteramus. Non cōfue nec tumultuose eunt, ut aliquis credat illos causis turbulentis & inconstantibus pelli. Deinde etiam si uertices isti comprehendere terrena humidatq;, & ex humili in altum exprimere possent, nō tantum supra lunam efferent. Omnis illis uis in nubili uis est. Cometas autē immixtos stellis uidemus per superiora labentes. Ergo uerisimile non est in tantum spacium perseverare turbine, qui quo maior est, maturius corrumpitur, utriuslibet itaq; eligat, aut uis leuis inde peruenire nō poterit, aut magna & concitata citius ipsa se frangat. Præterea humiliores illi Cometæ ob hoc (ut putant) nō exeunt altius, quia plus terreni habent. Grauitas illos sua in proximo tenet. Atqui necesse his Cometis diurnis oribus, celsioribus, plenior materia sit. Neq; enim diutius apparerent, nisi maioribus nutrimentis sustinerentur. Dicebam modo non posse diu uerticem permanere, nec supra lunam aut usq; in stellarum locum crescere. Nempe efficit turbine plurimū uentorum inter ipsos luctatio. Hæc diu non potest esse. Nā cum uagus & incertus spiritus certū uolatus est, nouissime unū uis omniū cedit. Nulla autem tempestas magna perdurat. Procellæ quanto plus habent uirū, tanto minus temporis. Venti cū ad summū uenerunt, remittunt omni uolentia. Necesse est ista concitatione in exitum sui tendant. Nemo itaq; turbine toto die uidit, ne hora quidem. Mira uelocitas eius, & mira breuitas eius. Præterea uiolētus celeriusq; in terra circa eam uoluit, quo celsior, eo solutior, laxiorq; est, & ob hoc diffundit. Ad ipe nūc, q̄ etiam si in summū pertederet, ubi syderibus iter est, utiq; ab eo motu, qui uniuersum trahit, solueret. (Quid enim est illa conuersio mundi citatius?) ac omniū uentorū in unū coniecta uis dissiparet, & terræ solida fortisq; cōpages, nedū particula aeris torti. Præterea in alto manere non potest ignis turbine illatus, nisi ipse quoq; permaneret turbo. Quod porro tam incredibile est, q̄ in turbine longior motus irreuocabilis est, nec hæsitatus, qui nec resistit, nec dat ullam nobis suspicionem obiectæ sibi moræ. Fidem nō habet turbine uiolētissimū & perturbatissimū tempestatum genus, in medios syderū ordines peruenire, & inter dispersa ac tranquilla uersari. Credamus ignem circūactō turbine accendi, & hūc expulsum in sublime, præbere nobis opinonem speciei syderis longi. Et puto talis esse debet, quale est id, quod ignē efficit, Turbinis autē rotunda facies. In eodem enim uestigio uersatur, & in columna modo circumagentis se uoluitur. Ergo ignem quoq; qui inclusus est, similem esse illi oportet. Atqui lō

Abt Et uides ei.

P
gus est

gus est & discretus, minimeq; similis in orbem coactis. Epigenem relinquamus, & aliorū opiniones persequamur. Quas anteq; exponere incipiam, illud in primis præsumendum est, Cometas non in una parte cœli aspici, nec in signifero tantum orbe, sed tam in ortu q̄ in occasu, frequentissime tamen circa Septentrionē. Forma eius non est una. Quāuis enim Graci discrimina fecerint eorum, quibus in eorum barba flamma dependet, & eorum qui undiq; circa se uelut comam spargunt, & eorum quibus sulcus adest ignis, sed in uerticem tendens, tamē omnes isti eiusdem notæ sunt, Cometæq; recte dicuntur. Quorum cum post longum tempus appareant formæ, inter se eos cōparare difficile est. Illo ipso tempore quo apparent inter spectantes de habitu illorum non conuenit, sed prout cuiq; acrior acies aut hebetior, ita dicit aut lucidiorem esse, aut rubicundiorem, & crines aut in interiora deductos, aut in latera diuisos. Sed siue sunt aliquæ differentia illorū, siue nō sunt, eadem fiant ratione necesse est Cometæ. Illud unum constare debet, præter solitum aspici nouam syderis faciem, circa se dissipatum ignem trahentis. Quibusdā antiquorum hæc placet ratio, cum ex stellis errantibus, altera se alteri applicuit, confuso in unum duarum lumine, faciem longioris syderis reddi. Nec hoc tunc tantum euenit, cum stella stellam attingit, sed etiam cum appropinquauit. Interuallum enim, quod inter duas est, illustratur ab utraq; inflammaturq; & longum ignē efficit. His illud respondebimus, certum esse numerum stellarum mobilium, Solere autem eodem tempore & has apparere & Cometem. Ex quo manifestum sit, non illarum coitu fieri Cometem, sed propriū & sui iuris esse. Etiam nunc frequenter stella sub altioris stellæ uel signi uenit. Et Saturnus aliquādo supra Iouem est, & Mars Venerem aut Mercuriū recta linea respicit. Nec tamen propter hunc cursum, cum alter alterum subit, Cometis fit, alioquin annis omnibus fieret. Omnibus enim aliquæ stellæ in eodem signo simul sunt. Si Cometam faceret stella stellæ superueniens, momento esse desineret. Summa enim uelocitas transeuntium est. Ideo omnis syderum defectio breuis est, quia cito illas idem cursus, q̄ admouerat, abstrahit. Videmus solem & lunam inter exiguū tempus, cum obscurari cœperint, liberari. Quanto celerior debet fieri in stellis congressio, tanto minoribus? Atqui Cometes senis mensibus manent, quod non accideret, si duarum stellarum conuentu gignerent. Ille enim diu coherere non possunt, & necesse est illas lex celeritatis suæ separet. Præterea illa nobis uicina uidentur, cæterum interuallis ingentibus distidēt. Quomodo ergo potest altera stella usq; ad alteram stellam ignem mittere, ita ut utraq; iuncta uideatur, cum sint ingenti ratione diductæ? Stellarum, inquit, duarum lumē miscetur, & præbet unius speciem. Nempe sic, quemadmodū rubicunda sit nubes solis incursum, quemadmodū uel spertina aut matutina flauescunt, quemadmodū arcum alterne sol uisit. Hæc omnia primū magna ut efficiuntur. Sol enim est, qui ista succendit. Stellarum enim non est eadem potentia. Deinde nihil horum, nisi infra lunam in terrarum uicina nascitur. Supiora pura & sincera sunt, & coloris sui semper. Præterea si quid tale accideret, nō haberet morā, sed extingueretur cito, sicut coronæ, quæ solem lunamue cingūt, & inter breuissimū spacium exolescunt. Nec arcus quidem diu perseuerat. Si quid esset tale, a quo medium inter duas stellas spacium confunderetur, æque cito dilaberetur. Vtq; non in tantum maneret, quantū morari Cometæ solent. Stellis intra signiferum cursum est, hunc gyrum prempunt, at Cometæ ubiq; cernunt. Non magis certum est illis tempus quo appareat, q̄ loci ullus, ultra quem non exeant. Aduersus hoc ab Artemidoro illa dicuntur, nō has tantum stellas quinq; discurre, sed has solas obseruatas esse. Cæterum innumerabiles ferri p̄ occultum, aut p̄ obscuritatē luminis nobis ignotas, aut p̄ circulorū positionē talem, ut tunc demū, cum ad extrema eorum uenere, uisuntur. Ergo intercurrunt quædā stellæ (ut ait) nobis nouæ, quæ lumen suū cum stantibus misceāt, & maiorem q̄ stellis mos est, porrigant ignem, hoc ex his quæ mentitur leuissimū est, tota eius narratio mundi, mendaciū impudens est. Nam si illi credimus, summa cœli ora solidissima est, in modum tecti durata, & alti crassiq; corporis, quod atomi congesti aceruatq; fecerit. Huic proxima si perficiēs est ignea ita compacta, ut solui uitariq; nō possit. Habet tamen spiramēta quædam, & quasi fenestras p̄ quas ex parte exteriori mundi insuuant ignes, non tam magni, ut interiora conturbent. Rursus ex mundo in exteriora labuntur. Itaq; hæc quæ præter

consectu

consectudinem apparent, influxerunt ex illa utraq; mundi iacente materia. Soluere ista quid aliud est, q̄ manum exercere, & in uentum iactare brachia. Velim cum mihi dicat iste, cū mundo tam firma lacunaria imposuit, quid sit quare credamus illi tantā esse crassitudinem cœli? Quid fuit, quod in illo tam solida corpora adduceret, & ibi detineret? De inde quod tanta crassitudinis est, necesse est & magni pōderis sit. Quomodo in summo ergo manent grauiā? Quomodo illa moles nō descendit, & se onere suo frangit. Fieri enim nō potest, ut tanta uis ponderis, quantā ille substituit, pendeat, & leuibus iuncta sit. Nec illud quidem potest dici, extrinsecus aliqua esse retinacula, quibus cadere prohibeatur. Nec rursus de medio aliquid esse oppositi, q̄ imminens corpus excipiat ac fulciat. Illud etiam nunc nemo dicere audebit, mundum ferri per immensum, & cadere quidem, sed nō apparere an cadat, quia precipitatio eius æterna est, nihil habens nouissimū, in quod incurrat. Hoc quidam de terra dixerunt, cum rationem nullam inuenirent, propter quā pondus in aere stare. Fertur, inquit, semp, sed non apparet an cadat, quia infinitū est in quod cadit. Quid est deinde quod probet, non quinq; tantū stellas moueri, sed multas esse, & in multis mundi regionibus? Aut si hoc sine ullo probabili argumento licet respondere, quid est quare non aliquis aut omnes stellas moueri, aut nullam dicat? Præterea nihil te adiuuat ista stellarum passim euntium turba. Nam quo plures fuerint, sapius in alios incident, rari autem Cometæ & ob hoc mirabiles sunt. Quid q̄ testimonium dicit cōtra te omnis ætas, quæ talium stellarum exortus & annotauit, & posteris tradidit. Post mortem Demetrii Syriæ regis, cuius Demetrius & Antiochus liberi fuere, paulo ante Achaicum bellum Cometes effulsit, non minor sole. Primo igneus ac rubicundus orbis fuit, clarumq; lumen emittēs, quanto uinceret noctē. Deinde paulatim magnitudo eius districta est, & euanuit claritas. Nouissime autem totus intercidit. Quid ergo coire stellas oportet, ut tantum corpus efficiant? Mille in unum licet congreges, nunq; hunc habitum solis æquabunt. Archelao regnante in Græcia, Cometes apparuit modicus. Deinde sustulit se distiditq; usq; in æquinoctialem circulum uenit, ita ut illā plagā cœli cui laetea nomen est, in immensum extensus æquaret. Quid ergo conuenisse debent erraticæ, ut tam longum cœli tractum occuparent igne continuo? Contra argumentū dictum est, contra testes dicendum est. Nec magna molitione detrahenda est autoritas Ephori. Historicus est. Quidam incredibilium relatu cōmēdationē parant, & lectore aliud acturum, si per quotidiana duceretur, miraculo excitant. Quidam creduli, quidam negligentes sunt, quibusdā mendacium obrepit, quibusdā placet. Illi non euitant, hi appetūt. Et hoc in cōmune de tota natione, quæ approbare opus suū, & fieri populare non putat posse, nisi illud mendacio aspersit. Ephorus uero nō religiosissima fidei sæpe decipitur, sæpe decipit. Sicut hic dicit Cometem, qui omnium mortalium oculis custoditus est, qui ingentis traxit euentus, cum Helicem & Burim ortu suo merisit, aut illum descendisse in duas stellas, quod præter illum nemo tradidit. Quis enim posset seruare illud momentum, quo Cometes solutus, & in duas partes redactus est. Quomodo autē si est qui uiderit Cometem in duas dirimi, nemo uidit fieri ex duabus? Quare aut non adiecit in quas stellas diuisus sit, cū aliqua ex quinque stellis esse debuerit. Apollonius Mindius in diuerfa opinione est. Ait enim Cometem non unum ex multis erraticis effici, sed multos Cometes erraticos esse. Non est, inquit, species falsa, nec duarum stellarum confinio ignis extētus sed & propriū sydus Cometes est, sicut solis aut lunæ. Talis illi forma est non in rotundū restricta, sed procerior & in longum producta. Cæterum nō est illi palam cursus, altiora mundi secat, & tunc demum apparet, cum in inum cursum suū uenit. Nec est q̄ putemus eundem uisum esse sub Claudio, quem sub Augusto uidimus. Nec hunc qui sub Nerone cæsare apparuit, Et Cometis detraxit infamia, illi similem fuisse negans, qui post diui Iulij Veneris ludis genitricis, circa undecimā horam diei emerit. Multi uarijque sunt, diuisi pares magnitudine, dissimiles colore, alij rubor est sine ulla luce, alij candor & purum liquidumq; lumen, alij flamma & hæc nō sincera, nec tenues, sed multū circa se uoluens fumidi ardoris. Cruenti quidā, minaces, qui omen post se futuri sanguinis ferunt, hij minuit augentq; lumen suū, quæadmodū alia sydera, quæ clariora cum descenderūt, maiorq; sunt, quia ex loco propiore uisuntur, minora cum redeunt & obscuriora, quia ab

Maximus
Cometes
post mortē
Demetrii
effulsit, ma
gnitudine
solis.

Omne fy-
dus inra fi
gniterū mo
uerur.

Astriterrent

Astrifcedit

Astrileniffo
mo.

ducunt se longius. Aduersus hoc protinus respondetur, non idem accidere in Cometis, quod in cæteris. Cometa enim quo primū die apparuerit, maximū sunt. Atqui deberet crescere, quo propius accederent. Non autem manet illis prima facies, donec incipiāt extingui, deinde quæ aduersus priores, etiam aduersus hunc dicitur. Si erraret Cometes, essetque sydus, intra signiferi terminos moueretur, intra quod omne sydus cursus suos colligit. Nunquā appareret stella per stellam. Acies nostra non potest per medium sydus exire, ut per illud superiora prospiciat. Per Cometæ autē non aliter quæ per nubem ulteriora cernitur, ex quo appareret illum non esse sydus, sed leuem ignē ac tumultu ueritatem. Zenon nos ter in illa sententia est, congruere iudicari stellas & radios inter se cōmittere, hac societate luminis existere imaginē stellæ longioris. Ergo quidā nullos esse Cometas existimant, sed species illorum per repercussionem uicinorum syderum, aut per conjunctionē coherentium reddi. Quidam autē esse quidē, sed habere cursus suos, & post certa lustra in conspectū mortalium exire. Quidam esse quidē, sed non quibus syderum nomē imponas, quia dilabuntur, nec diu durant, & exigui temporis mora dissipantur. In hac sententia sunt plarique nostrorum, nec id putant ueritati repugnare. Videmus enim in sublimi uaria ignium concipi genera, & modo cœlum ardere, modo longos a tergo flammarum albescere tractus, modo faces cum igne uasto rapi, ipsa etiā fulmina, & si uelocitate maiora, simul & perstringunt acies, & relinquunt ignes suos, aeris attriti, & impetu inter se maiore collisi. Ideo ne resistunt quidē, sed expressi fluunt, & protinus pereunt. Alij uero ignes diu manent, nec ante discedunt, quæ cōsumptum est omne, quo pascabantur, alimentū. Hoc loco sunt illa a Possidonio scripta miracula, columnæ, clypeiq; flagrantes, aliæq; insigni nouitate flammæ, quæ non aduertent animos, si ex consuetudine & lege discurret. Ad hæc stupent omnes, & repentinū ignem ex alto efferunt, siue emicuit aliquid & fugit, siue compresso aere & in ardorem coacto, loco miraculi tetit. Quid ergo? Non aliquando lacuna cedētis retro atheris patuit, & uastum in concauo lumē, exclamare posses, quid est hoc? Medium uideo discedere cœlum, pallentesq; polo stellas, quæ aliquando non expectata nocte fulserunt, & per medium eruperūt diem. Sed alia huius rei ratio est, quare alieno tempore apparent, quas esse, etiam cum laterent, constat. Multos Cometas uidemus, quæ obsecurantur radijs solis, quo deficiente, quendam Cometæ apparuisse, quem sol uicinus traxerat, Possidonium tradit. Saepē autem cum occidit sol, sparsi ignes non procul ab eo uidentur. Videlicet ipsa stella sole pfunditur, & ideo apicem non potest. Cometæ autē radios solis effugunt. Placet ergo nostris Cometæ sicut faces, trabesq; & alia ostenta cœli densitate aere creari. Ideo circa Septentrionē frequentissime apparent, quia illic plurimum est aeris pigri. Quare ergo non stat Cometes, sed procedit: dicam. Ignium materia alimentū suū sequitur. Quāuis enim ad superiora uisus est, tamē deficiente materia retroiens ipse descendit. In aera quoq; si dextram leuamq; premit partē. Nulla enim illi uia est, sed qua illum uena pabuli sui duxit, illo repit, nec ut stella procedit, sed ut ignis pascitur. Quare ergo per longum tempus apparerit, & non cito extinguitur? Sex enim mensibus hic quæ nos Neronis principatu latissimo uidimus, spectandū se præbuit in diuersum illi Claudio circumactum. Ille enim a septentrione in uerticem surgens, orientē petiit semper obscurior, hic ab eadē parte cœpit, sed in occidentē tendens, ad meridiem flexit, & ibi se subduxit. Videlicet ille humiliora habuit & aptiora ignibus, quæ psecutus est, huic rursum superior fuit & plenior regio. Huc itaq; descendit, inuitate materia, non itinere. Quod appareret duobus, quos spectauimus fuisse diuersum, cum hic in dextrum motus sit, ille in sinistrum. Omnibus autē stellis in eadē parte cursus est, id est cōtrarius mundo. Mundus enim ab ortu uoluitur in occasum, illæ ab occasu in ortum eunt. Et ob hoc duplex his motus est, ille quo eunt, & hic quo auferuntur. Ego nostris non assentio. Non enim existimo Cometæ subitanē ignē, sed inter æterna opera naturæ. Primū quæcūq; aer creat, breuia sunt. Nascunt enim in re fugaci & mutabili. Quomodo potest enim in aere aliquid diu permanere, cū ipse aer nunquā idē maneat: fluit semp, & breuis illi quies est. Inter exiguum momentū in alium, quæ in quo fuerat, statū uertitur. Nunc pluuuis, nunc serenus, nunc inter utriusq; uariis, nubescq; illi familiarissima sunt, in quas coit, & ex quibus soluitur, modo cōgregant, modo digerunt, nunquā immotæ facent. Fieri non potest, ut ignis certus in cor-

porē uat

pore uago sedeat, & ita p̄naciter hareat, quæ quæ natura, ne unquā excutere n̄, aptauit. Deinde si alimento suo hareret, semp descenderet. Eo enim crassior aer est, quo terris propinquior, nunquā Cometes in imū usq; demittit, neq; appropinquat solo, etiā nunc. Ignis autē it quo illū natura sua ducit, id est sursum, aut eo quo trahit materia, cui adhaesit, & quæ de depascitur. Nullis ignibus ordinarijs & cœlestibus iter flexū est. Syderis propriū est, ducere orbem. Atqui hoc Cometæ an alij fecerint nescio, duo nostra atate fecerunt. Deinde omne quod causa temporalis accendit, cito intercidit. Sic faces ardent, dū transeunt, sic fulmina in unum ualent iētū, sic quæ transuersæ dicuntur stellas, cadentes præteruolant & secant aera. Nullis ignibus nisi in suo mora est. Illis dico diuinis, quos habet mundus æternos, quia partes eius sunt & opera. Hi autē aliquid agunt, & uadunt, & tenorē suū seruant, p̄terq; sunt. Nam alternis diebus maiores minoresue fierent, si ignis esset collectus, & ex aliqua causa repentinus. Minor enim esset ac maior, prout plenius aleretur aut malignus. Dicebam modo nihil diuturnū esse, quod exarst aeris uitio, nūc amplius adijcio. Morari ac stare nullo modo potest. Nam & fax & fulmē & stella transcurrrens, & quis alius est ignis aere expressus, in fuga est, nec apparerit, nisi dū cadit. Cometes habet suam sedē, & ideo non cito expellitur, sed emetitur spacium suū, nec extinguit, sed excidit. Si erratica, inquit, stella esset, in signifero esset. Quis unū stellis limitē ponit? Quis in angustū diuinā cōpellit? Nempe hæc ipsa sydera, quæ sola moueri creditis, alios & alios circulos habent. Quare ergo nō aliqua sint, quæ in propriū iter, & ab istis remotū secesserint? Quid est, quare in aliqua parte cœli peruiū nō sit? Quod si iudicas non posse ullam nisi signiferum attingere. Cometes potest sic altum habere circulū, ut modo in hunc partē aliqua sui incidat, quod fieri non est necessariū, sed potest. Vide ne hoc magis deceat magnitudinē mundi, ut in multa itinera diuisus, hinc non unam dederat semitam, cæteris partibus torpeat. Credis autē in hoc maximo & pulcherrimo corpore inter innumerabiles stellas, quæ noctē decore uario distinguunt, quæ minime uacua & inertem esse patitur, quinque stellas esse, quibus exercere se liceat, cæteras stare, fixum & immobilem populū? Si quis hoc loco me interrogauerit, quare ergo non quædammodū quinque stellarū ita harum obseruatus est cursus? Huic ego respondeo. Multa sunt quæ esse cōcedimus, quæ lia sunt ignoramus, habere nos animū, cuius imperio impellimur & reuocamus, omnes fatebunt. Quid tamē sit animus ille rector dominusq; nostri, non magis tibi quisquē expe diet, quæ ubi sit. Alius illum dicit esse spiritū, alius concentū quendū, alius uim diuinam & dei partem, alius tenuissimū aerem, alius incorporalem potentiam. Non deerit q sanguinem dicat, qui calorem. Adeo animo non potest liquere de cæteris rebus, ut adhuc ipse se quærat. Quid ergo miramur Cometæ tam rarum mundi spectaculū nondū teneri legibus cæteris, nec initia illorum finesq; notescere, quorum ex ingētib; interuallis recurrit. Multaq; hodie sunt gentes, quæ tantum facie nouerunt cœlum, quæ nō dum sciat luna deficiat, quare obumbret. Hoc apud nos quoq; nuper ratio ad certum pduxit. Veniet tempus, quo ista quæ nunc latent in lucem dies extrahat, & longioris aui diligētia. Ad inquisitionē tantorū atas una non sufficit, ut tota cœlo uacet. Quid quæ tam paucos an nos inter studia ac uitia nō æqua portioe diuidimus? Itaq; per successiones ista longas explicabuntur. Veniet tempus, quo posteri nostri tam aperta nos nescisse mirentur. Harū quinque stellarum, quæ se ingerunt nobis, quæ alio atq; alio occurrentes loco, curiosos nos esse cogunt, qui matutini uespertinq; ortus sint, quæ stationes, quod in rectum ferantur, quare agatur retro, modo cœpimus scire. Vtrum mergeret Iupiter, an occideret, an retrogradus esset (Nā hoc illi nomē imposuere cedenti) ante paucos annos didicimus. Inuenti sunt qui nobis diceret, erratis qui nullam stellam aut suppressere cursum iudicatis, aut uertere. Non licet stare cœlestibus, nec auerti, prodeunt omnia, ut semel missa sūt uadunt. Idem erit illis cursus, qui finis. Opus hoc æternū irreuocabiles habet motus, qui si quando cōstituerint, alia ex diuerso incident, quæ nō tenor & æqualitas seruat. Quid est ergo, cur & aliqua redire uideant? Solis occurfus specie illi tarditatis imponit, & natura

Explo ab
anio supro
dicit cursū
Cometarū
inobserua-
tum.

uiarum circuloꝝq; sic positorum, ut certo tēpore intuetes afflent. Sic naues quibus ple-
nis uelis eant, uidentur tamē stare. Erīt qui demonstret aliquādo, in quibus Cometa par-
tibus erent. Cum tam defucti a ceteris eant, quanti qualesq; sint. Contenti sumus inuen-
tis, aliquid ueritati & posteris conferant. Per stellas, inquit, ulteriora non cernimus, p Co-
metas aciem transmittimus. Primū si sit istud, non in ea parte sit, qua sydus ipsum est spī
si ac solidi ignis, sed qua rarus splendor excurrit, & in crines dispergit. Per interualla igni-
um, nō per ipsos uides. Stellae, inquit, omnes rotundae sunt, Cometa porrecti, ex quo ap-
paret stellas non esse. Quis em̄ tibi concedet Cometas longos esse, quorum natura qui-
dem ut ceterorū globus est? Ceterum fulgor extenditur quemadmodū sol radios suos
longe lateq; dimittit. Ceterum ipsi alia est forma, alia ei qui ex ipso fluit lumini. Sic Co-
metarum corpus ipsum corrotundat. Splendor autē longior q̄ ceterorū syderū apparet.
Quare inquis? Dic tu mihi prius, quare luna dissimilimū soli lumen accipiat, cū accipiat
a sole? Quare modo rubeat, modo palleat? Quare liuidus illi & ater color sit, cū a cōspe-
ctu solis excluditur? Dic mihi quare omnes stellae inter se dissimilē habeant aliquatenus
faciem, diuersissimā soli. Quomodo nihil prohibet ita sydera esse, quibus similia non sint,
ita nihil prohibet Cometas aeternos esse & sortis eiusdē, cuius cetera, etiam si faciem illis
non habent simile. Quid porro mundus ipse si consyderes illum, nōne ex diuersis cōpo-
situs est? Quid est quare in leone semper sol ardeat, & terras aestibus torreat? in aquario
astringat hyemē? flumina gelu claudat? Et hoc tamen & illud sydus eiusdem cōditionis
est, cum esse cū & natura dissimile sit. Intra breuissimū tempus aries † excolitur, libra tar-
dissime mergitur, & tamen hoc sydus & illud, eiusdem naturae est, cum illud exiguo tem-
pore ascendat, hoc diu proferatur. Non uides q̄ contraria inter se elementa sint? grauita
& leuia sunt, frigida & calida, humida & sicca. Tota huius mundi concordia ex discor-
dia constat. Negas Cometem stellam esse, quia forma eius non respondeat ad exem-
plar, nec sit ceteris similis. Vides enim, similitudo est illa, quae tricesimo anno reuertitur
ad locum suum, huic quae intra annum reuirit sedem suam. Nō ad unam naturam formam
opus suum praestat, sed ipsa uarietate se iactat. Alia morosiora, alia uelociora alijs fecit.
Alia ualidiora, alia temperatiora, quaedam autem eduxit a turba, ut singula & conspicua
procederent, quaedam in gregem misit. Ignorat naturam potentiam, qui illi non putat ali-
quando licere, nisi quod saepius facit. Cometas non frequenter ostendit, attribuit illis ali-
um locum, alia tempora, dissimiles ceteris motus. Voluit ex his magnitudinem operis
sui colere, quorum formosior facies est, q̄ ut fortuita putes, siue amplitudinem eorum
consyderes, siue fulgorem, qui maior est ardentiorq; q̄ ceteris. Facies uero habet insi-
gne quiddam & singulare, non in angustum coniecta & artata, sed dimissa liberius, &
multarum stellarum amplexa regionem. Aristoteles ait Cometas significare tempesta-
tem & uentorum intemperantiam atq; imbriam. Quid ergo? non iudicas sydus esse,
quod futura denunciat? Non enim sic hoc tempestatis signum est, quomodo futurae plu-
uiae scintillare oleum, & putres concrefcere fungos, aut quomodo indicium est sauituri
maris, si marinae in siccō ludūt Fulicae, notatq; paludes deserunt, atq; altam supra uolat at
dea nubem. Sed sic, quomodo equinoctium in calorem frigidq; fecerētis anni, quomodo
do illa quae Chaldaei canunt, quid stella nascentibus triste latumae constituit. Hoc ut
facias ita esse, non statim Cometes ortus, uentos & pluias minatur, ut Aristoteles ait, sed
annum totum suspectum facit. Ex quo apparet illum nō ex proximo, quae in proximum
daret signa traxisse, sed habere reposita & compressa legibus mundi. Fecit is Cometes,
q̄ Patriūlo & Vopisco cōsulibus apparuit, quae ab Aristotele, Theophrastoc; sunt praet-
dicta. Fuerunt enim maxima & continua tempestates ubiq;. At in Achaia, Macedoniaq;
q̄ ires terrarum motibus prorupta sunt. Tarditas, inquit, illorum argumentum est gra-
uiores esse, multumq; in se habere terreni, ipsi praeterea cursus, fere enim compelluntur
in cardines. Vtrumq; falsum est. De priore dicam prius, quia quae tardius feruntur, gra-
uia sunt. Quid ergo? Stella Saturni, quae ex omnibus iter suum lentissime efficit, grauis
est? At quae leuitatis argumentum habet, quod supra caeteras est, sed maiore, inquis, am-
bitu circuit,

Texoritur

Cometes
ortus totū
annum su
spectū fa-
cit.

bitu circuit, nec tardius it q̄ caetera, sed longius. Succurratq; tibi, idem me de Cometis
posse dicere, etiam si segnior illis cursus sit. Sed mendacium est ire eos tardius. Nā intra
sexmensem mensē dimidiam coeli partem transcurrit hic proximus. Prior intra pauiores
menfes recepit se. Sed quia graues sunt, inferius deferuntur. Primum nō defertur, quod
circumfertur. Deinde hic proximus a septentrione motus sui initium fecit, & per occi-
dentem in meridiana peruenit, erigensq; suum cursum obliuuit. Alter ille Claudianus a
septentrione primum uisus, non desijt in rectum assidue celerior ferri, donec excessit.
Haec sunt quae aut alios mouere ad Cometas pertinentia aut me. Quae uera sint, Dijs
sciunt, quibus est sententia ueri. Nobis rimari illa & coniecturare in occulto tātum licet,
nec cum fiducia inueniendi, nec sine spe. Egregie Aristoteles ait, nunquam nos uerecun-
diores esse debere, q̄ cum de Dijs agitur. Si intramus templa compositi, si ad sacrifici-
um accessuri uultum submittimus, togam adducimus, si in omne argumentum mode-
stiae fingimur, quanto hoc magis facere debemus, cum de syderibus, de stellis, de deorū
natura disputamus? ne quid temere, ne quid impudenter, aut ignorantes affirmemus,
aut scientes mentiamur? Nec miremur tam tarde erui, quae tam alte iacent. Panatio &
his qui uideri uolunt Cometen non esse ordinarium sydus, sed falsam syderis faciem, di-
ligenter tractandum est, an aequae omnis pars anni edendis Cometis satis apta sit, an om-
nis coeli regio idonea in qua creentur, an quacunq; ire, ibi etiam concipi possint, & cate-
ra, quae uniuersa tolluntur, cum dico illos fortuitos non esse ignes, sed intextos mūdo,
quos non frequenter educit, sed in occulto mouet. Quam multa praeter hos per se-
cretum eunt, nunq̄ humanis oculis orientia? Neq; enim omnia deus humanis oculis no-
ta fecit. Quota pars oculis operis tanti nobis cōmittitur. Ipse qui ista tractat, qui condit
q̄it, qui totum hoc fundauit, deditq; circa se, maiorq; est pars operis sui, ac melior, effugit
oculos, cogitatione uisendus est. Multa praeterea cognata nimium summo, & uicinā so-
rita potentiam, obscura sunt. Aut fortasse (quod magis mirens) oculos nostros & implet
& effugiunt. Siue illis tanta subtilitas est, quantam consequi acies humana non possit, si-
ue in sanctiore secessu maiestas tanta delituit, & regnum suum, id est se regit, nec ulli ad-
tum dat, nisi animo. Quid sit hoc, sine quo nil est, scire nō possumus. Et miramur si quos
igniculos parum nouimus, cum maxima pars mundi deus lateat. Quam multa animalia
hoc primum cognouimus saeculo, q̄ multa negocia? Ne quidē haec multa uenientis aui
populus ignota nobis sciet. Multa saeculis tunc futuris cum memoria nostri exoleuerit,
referuntur. Pusilla res mundus est, nisi in illo quod quarat omnis mundus habeat. Nō
semel quaedam sacra traduntur. Eleusina seruat, quod ostendat reuidentibus. Rerum na-
tura sacra sua non simul tradit. Initiatos nos credimus, in uestibulo eius haeremus. Illa ar-
cana non promiscue nec omnibus patēt, reducta etiam in interiore sacrario clausa sunt.
Ex quibus haec aras, aliud quae post nos subibit, aspiciet, quando ergo ista in noticiam no-
stram perducentur? Tardae magna proueniunt. Vtiq; si labor cessat, in quod unum toto
agimus animo nondum perfecimus, ut pessimi essemus. Adhuc in processu uita sunt.
Inuenit luxuria aliquid noui, in quod insanat. Inuenit impudicitia nouam cōtūseliam
sibi. Inuenit delictiarum dissolutio & tabes aliquid teneris mollitq;, quo pereat. Non-
dum satis robur omne proiecimus. Adhuc quicquid est boni moris, extinguimus leuita-
te & politura corporum. Muliebres mundicias antecessimus, colores meretricios, ma-
trotis quidem non induendos, uiri sumimus. Tenero & molli gressu suspendimus gra-
dum. Non ambulamus, sed incedimus, exornamus annulis digitos, in omni articulo ge-
ma disponitur. Quotidie cōminiscimur, per quae uiriliter fiat iniuria, aut traducatur, quae
non potest exui. Alius genitalia excidit, alius in obscenam partem ludi fugerit, & loca-
tus ad mortem infamiae armatur. Egenus etiam, in quo morbum suū exerceat, legit. Mi-
raris, si nondum sapientia omne opus suum impleuit. Nondum tota se nequitia protu-
lit. Adhuc nascitur & hinc omnes operam damus, huic oculi nostri, huic manus seruit.
Ad sapientiam quis accedit? Quis dignam iudicat, nisi quem in transitu nouerit? Quis
philosophum

Parcius de
rebus supe-
ris ē loquē-
dum.

*

Contra lux-
uriam deducit

*

PROLOGVS

philosophum, aut ullum liberale respicit studium, nisi cum ludī intercalantur, cum alijs pluuius interuenit dies, quem perdere licet: Itaq; tot familiae philosophorum sine successione deficiunt. Academici & ueteres & minores nullum antistitem reliquerūt, quis est qui tradat praecipua Platonis? Pythagorica illa inuidiosa turbae schola praepceptorem non inuenit. Sextiorū noua & Romani roboris secta, inter initia sua, cum magno impetu coepisset, extincta est. At quanta cura laboratur, ne cuiuslibet patrimonij nomen intercidat. Stat per successores Pyladis & Barilli domus, harum artium multi discipuli sunt, multiq; doctores. Priuatum urbe tota sonat pulpitu. In hoc uiri, in hoc foeminae tripudiant. Mares inter se uxoresq; cotendunt, ut detur latus. Illius deinde sub plona cum diu trita frons est, inter se uxoresq; cotendunt, ut detur latus. Illius deinde sub plona cum diu trita frons est, transiit ad ganeam, philosophiae nulla cura est. Itaq; adeo nihil inuenitur, ex his quae parum inuestigata antiqui reliquerunt, ut multa quae inuenta erant obliterentur. At mehercules si hoc totis membris premeremus, si in hoc iuuentus sobria incumberet, hoc maior res docerent, hoc minores discerent, uix ad fundum ueniretur, in quo ueritas posita est, quam nunc in summa terra leui manu quaerimus.

Libri septimi & ultimi naturalium quaestionum finis.

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIO
NUM LIBER PRIMVS.



EXIGITIS rem magis iucundam mihi, quam facilem. Iubetis enim iudicare, quid de his declamationibus sentiam, quae in aetatem meam inciderunt, & si qua memoriae meae nondum elapsa sunt, ab illis dicta colligere. Ut quamuis notitiae uestra subduci sint, tamen non credaris tantum de illis, sed etiam iudicetis. Est fateor iucundum mihi hi redire in antiqua studia, meliorisq; aenos respicere, & uobis quae rentibus, quod tanta opinionis uiros audire non potueritis, detrahere iniuriam temporum. Sed cum multa iam mihi ex me desideranda senectus fecerit, oculorum aciem retulerit, aurium sensum hebetauerit, neruorum firmitatem fatigauerit, inter ea quae retuli memoria est, res ex omnibus partibus animi, maxime delicata & fragilis, in quam primum senectus incurrit. Hac aliquando in me floruisse, ut non tantum ad usum sufficeret, sed in miraculum usq; proccederet. Nam duo milia nominum recitata, quo ordine erant dicta, referebam, & ab his qui ad audiendum praepceptorem nostrum conuenerant, singulos uersus ad singulos datos, cum plures quam ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens usq; ad primum recitabam. Nec ad complectendum tantum, quae uellem, uelox erat mihi memoria, sed etiam ad continenda quae acceperat. Nunc autem de aetate quasiata, & longa desidia, quae iuuenilem quoque animum dissoluit, & perducta est, ut etiam si possit aliquid praestare, tamen permittere non possit, & diu ab illa non repetiui. Solebat bonae fidei esse. Nunc quia iubetis, quod possit experiri, & illam cum cura scrutabor. De parte enim spero bene. Nam quae apud illam, aut puer, aut iuuenis deposui, quasi recentia, & modo audita sine cunctatione profert. At si qua illi intra proximos annos commisi, sic perdidit & amisit, ut etiam si sepius interrogantur, toties tanquam noua audiam. Itaq; ex memoria, quod uobis satis sit, suspexit. Neque enim me de his interrogatis, quae ipsi audistis, sed de his quae ad uos usq; non peruenierunt. Fiat quod uultis, mittatur senex in scholas. Illud necesse est impetrem, ne me uelitis certum aliquem ordinem sequi in contrahendis, quae mihi occurrerit. Necesse est enim per omnia studia mea errem, & passim quicquid obuenerit controuerfiarum, apprehendam. Sententias forte ponam pluribus locis in una declamatione dictas. Non enim dum quaerito, aliquid inuenio, sed sepe quod quaerenti non comparuit, aliud agenti praesto est. Quaedam uero

Memoria ex oib; animi partibus maxime est delicata.

DECLAMATIONVM.

dam uero quae obuersantia mihi, & ex aliqua parte se ostendentia, non possum occupare, eadem securo & reposito animo subito emergunt. Aliquando etiam seriam reagenti & occupato, sententia diu frustra quaesita, intempestiue molesta est. Necesse est ergo me ad delicias componam memoriae meae, quae mihi olim iam precario parerit. Facitis autem iuuenes mei rem necessariam & utilem, quod non contenti exemplis saculi uestri, prioris quoque uultis agnoscere. Primum, quia quo plura exempla inspecta sunt, plus in eloquentia proficitur. Non est unus, quamuis praecipuus sit, imitandus. Quia nunquam par sit imitator auctori. Hac natura est rei, Semper citra ueritatem est similitudo. Deinde ut possitis aestimare quantum quotidie ingenia decesserit, & nescio quana facundia habet, quod insolenti Graeciae aut opponat, aut praeferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia quae lucem nostris studiis attulerunt, tunc nata sunt. In deteriorius deinde quotidie data res est, siue luxu temporum (Nihil enim tunc tantum mortiferum ingenijs quam luxuria) siue cum plurimum pulcherrimae rei cecidisset, translatum est omne certamen ad turpia, multo honore quaestusq; uigentia, siue fato quodam, cuius maligna perpetuaq; in omnibus rebus lex est, ut ad summum perducta, rursus ad infimum, uelocius quidem quam ascenderant, relabuntur. Torpent ecce ingenia desidia iuuentutis. Nec in ullius honestae rei labore uigilatur. Somnus languorq; ac somno & languore turpior, malarum rerum industria, inuasit animos. Cantandi, saltandi nunc obscena studia effoeminatos tenent, & capillum frangere, & ad muliebres blanditas uocem extenuare, mollicie corporis certare cum foeminis, & immundissimis se excolere munditijs, nostrorum adolescentium specimen est. Quis aequalium uestrorum, quid dicam satis ingeniosus, satis studiosus, immo quis satis uir est? Emolliti, eneruesq; quod nati sunt, inuiti manent, expugnatores alienae pudicitiae, negligentes suae. In hos nec dijs tantum mali permittant, ut cadat eloquentia, quam non mirarer, nisi amicos, in quos se conferret, eligeret. Erratis optimi iuuenes, nisi illam uocem non Marci Catonis, sed oraculi creditis. Quid enim est oraculum? Nempe uoluntas diuina, hominis ore enunciata. Et quem tandem antistitem sanctiorum inuenire sibi diuinitas potuit, quam Catonem? per quem humano generi non praeciperet, sed conuiuium faceret. Ille ergo uir quid ait? Orator est Marce fili, uir bonus, dicendi peritus. Ite nunc & in istis fluxis atq; expolitiss, & nusquam nisi in libidine, uiris, quaerite oratores. Merito talia habent exempla, qualia ingenia. Quis est qui nunc memoriae studeat? Quis qui non dico magnis uiribus, sed suis placeat? Sententias a disertissimis uiris factas, facile in tanta hominum desidia pro suis dicunt, & si acerrimam eloquentiam, quam praestare non possunt, uiolare non desinunt. Eo libentius quae exigitis faciam. Et quae cumq; a celeberrimae facundiae uiris dicta teneo, ne ad quenquam priuatum pertineant, populo dedicabo. Ipsi quoque multum praestaturus uideor, quibus obliuium imminet, nisi aliquid tradatur posteris, quo memoria eorum producat. Fere enim aut nullius commetarij maximorum declamatorum extant, aut, quod peius est, falli. Itaq; ne aut ignoti sint, aut aliter quam debeant noti, summa cum fide suum cuiq; reddam. Omnes autem magni nominis in eloquentia uideor audisse, praeter Ciceronem. Nec Ciceronem quidem atas mihi eriperat, sed bellorum ciuiliu furor, qui tunc totum orbem peruagabatur, quo intra Coloniae meae me continui. Alioquin potuissem eum audisse in illo atrio, in quo duos grandes praetextatos, aut secus declinare potui, & illud ingenium, quod solum populus Romanus par imperio suo habuit, cognoscere, & quod uulgo de alio dici solet, sed de illo proprie debet, potui uiuam uocem audire. Declamabat autem Cicero, non quales nunc controuersias dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebant, quas thesui uocabant. Hoc autem genus materiae, quo nos exercemur, adeo nouum est, ut nomen quoque eius nouum sit. Controuersias nos dicimus. Cicero causas uocabat. Hoc uero alterum

In eloquentia comparanda non est imitandum. Alii decreuerunt.

Altkianos;

NUM. 114.

Ita legedi est, Alioquin in illo atrio, in quo duos grandes praetextatos aut secus declinare potui, & illud

P 5 nomen Graeci

Quid sit de
clamare.

Defultoriū
Porcij La-
tronis stu-
dium.

Ait ambu-
lacione.

Quibus sit
lus euolox,
memoria rar-
dior est.

nomen Græcum quidem est, sed in latinum ita translatum. Scho-
lastica controuersa multo recētius est, sicut ipsa declamatio, quia apud nullum au-
torem antiquum, ante ipsum Ciceronem & Caluim inueniri potest, qui decla-
mationem distinguit. Ait enim declamare est, iam non mediocriter dicere bene. Al-
terum putat domestica exercitationis. Alterum esse uerā actionis. Modo nomen
hoc prodijt. Nam & studium ipsum nuper celebrari cœpit. Ideo facile est mi-
hi ab incunabilis nosse rem post me natam. In alijs autem an beneficium uobis da-
turus sim nescio, in uero accipio. Latronis enim Porcij charissimi mihi sodalis memo-
riam sepius cogor retractare, & a prima pueritia usq; ad ultimum eius diem produ-
ctam familiarem amicitiam cum uoluptate maxima repetam. Nihil illo uiro grauius,
nihil suauius, nihil eloquentia sua dignius. Nemo plus ingenio suo imperauit, Nemo
plus indulsit. In utraq; parte uehementi uiro modus deerat, nec intermittere studia
sciebat, nec repetere. Cum se ad scribendum concitauerat, iungebantur noctibus di-
es, & sine interuallo grauius sibi instabat, nec desinebat, nisi defecerat. Rursus cum se
remiserat, in omnes luxus, & in omnes iocos resoluēbat. Cum uero se syluis mōtib; q;
traderat, omnes illo agrestes in syluis ac montibus natos, laboris patientia ac ue-
nandi solertia prouocabat, & in tantam sic iuendi peruenerat cupiditatē, ut uix pos-
set ad priorem consuetudinem retrahi. At cū sibi iniecerat manum, & se blandiedo
quo abduxerat, reuocarat, tantis uiribus incumbēbat in studium, ut non tantum ni-
hil perdidisse, sed multum acquisiuisse desidia uideretur. Omnibus quidem prodest
subiectum animum relaxare. Excitatur enim ocio uigor, & omnis tristitia quæ conti-
nuatione pertinacis studij adducitur, ferarum hilaritate discutitur. Nulli tamen inter-
missio manifestius proderat. Quoties ex interuallo dixerat, multo acrius uolentiusq;
dicebat. Exultabat enim nouato & integrato robore, & tantum a se exprimebat,
quantum cupierat. Nesciebat dispensare uires suas, sed immoderati aduerum se im-
perij fuit. Ideoq; studium eius prohiberi debebat, quia regi non poterat. Itaq; solebat
& ipse cum se assidua, & nunquam intermissa contentione frugerat, sentire ingenij las-
titudinem, quæ non minor est q; corporis, sed occultior. Corpus illi erat, & natura so-
lidum, & multa exercitatione duratum. Itaq; nunquam eum ardentis impetus animi
deseruit. Vox robusta, sed fordida, lubricationibus & negligentia, non natura insulsa
ta, beneficium tamen laterum extollebatur. Et quamuis inter initia parum attulisse uide-
retur, ipsa actione accrescebat. Nulla unquam illi cura uocis exercendæ fuit. Illum for-
tem, agrestem, & Hispanæ consuetudinis morem non poterat dediscere, ut cūq; res
tulerat ita uiuere, Nil uocis causa facere, Non illam per gradus paulatim ab imo usq;
ad summum perducere, Non rursus a summa contentione paribus interualis descen-
dere, Non sudorem olei unctioe discutere, non latus ablutioe reparare. Sæpe cum
per totam lubricauerat noctem, ab ipso cibo statim ad declinandum peruenebat. Iam
uero cum rem inimicissimam corpori faceret, uetari nullo modo poterat. Post cenā
fere lubricabat, nec patiebatur alimēta per stomachum, per somnū, quietemq; aqua
liter digeri, sed perturbata & dissipata in caput agebat. Itaq; oculorum aciem consu-
derat, & colorem mutauerat. Memoria & natura quidem felix, sed plurimum adiuua-
ta arte. Nunquam illa quæ dicturus erat, ediscendi causa relegebatur. Edidicerat illa, cum
scripserat. Cum id in illo magis mirabile uideri possit, quod nec lente & anxie,
sed eodem pene, quo dicebat, impetu scribebat. Illi quidem qui scripta sua torquent,
qui de singulis uerbis in consilium ueniunt, necesse est, quæ toties animo suo ad-
mouerint, nouissime afficiant. At quorumcūq; stilus est uelox, tardior memoria
est. In illo non tantum naturalis memoriæ felicitas erat, sed ars summa, ad apprehen-
denda quæ tenere debebat, & ad custodienda. Adeo ut omnes declamationes suas
quascūq; dixerat, teneret. Iam itaq; superuacuos sibi fecerat codices. Aiebat se
scribere in animo cogitata. Dicebat ita, ut in nullo unquam uerbo, cum memo-
ria deceperit.

ria deceperit. Historiarum omnium summa noticia, iubebat aliquem nominari du-
cem, & statim eius acta cursu reddebat. Adeo quacūq; in animum eius semel ascende-
rant, in promptu erant. Video uos iuuenes mei plus iusto in hanc eius uirtutem obstu-
pescere. Alia uos in illo mirari uolo. Hoc quod uobis mirum uidetur, non operosa po-
test tradi arte. Intra exiguum paucissimorum dierum tempus, poterit quilibet facere id,
quod Cyneas fecit, qui missus a Pyrrho legatus ad Romanos, postero die nouus homo
& senatus, & omnem urbanam circumfulam senatui plabem, nominibus suis persalu-
tauit. Aut quod ille fecit, qui recitatum a poeta carmen nouum, suum esse dixit, & protin-
us memoria recitauit. Cum hoc ille cuius carmen erat, facere non posset. Aut quod fe-
cit Hortensius, qui a Sisenna prouocatus in auctione perdidit diem totum, & omnes res
& precia, & emptores ordine suo recensuit argentarijs recognoscens, ita ut in nullo
falleretur. Cupitis statim ista discere. Suspendam cupiditatem uestram, & faciam alteri
beneficio locum. Interim hoc uobis in quo iam obligatus sum persoluam. Plura fortasse
uideor de Latrone meo uobis, q; audire desideratis, exposuisse. Ipse quoq; hoc prouide-
ram futurum uobis, ut a memoria eius, quoties occasio fuisset, difficulter auelleret. Ta-
men nec his contentus ero, sed quoties me inuitauerit memoria libentissime faciam. Ut
illum totum & uos cognoscatis, & ego recognoscam. Illud unum non differam. Falsam
opinione de illo in animis hominum conualuisse. Putant enim fortiter quidē, sed pa-
rum subtiliter eum dixisse. Cum in illo si qua alia uirtus fuit, etiā subtilitas fuerit. Id quod
nunc a nullo fieri animaduerto, semper fecit. Antequam dicere inciperet, sedens quæsit-
ionem eius, quam dicturus erat, controuersia proponēbat, quod summæ fiducia est.
Ipsa enim actio multas latebras habet. Nec facile potest, si quo loco subtilitas fuerit, ap-
parere, cum orationis cursus iudicium audientis impediatur, dicentis abscondatur. Ast ubi
nuda proponuntur membra, si quid aut numero, aut ordine excedit, manifestum est.
Quid ergo unde hæc de illo fama? Nihil est iniquius his, qui nunquam putant subtilita-
tem, nisi ubi nihil est præter subtilitatem, & in illo cum omnes oratoriae uirtutes essent,
hoc fundamentum tot & tantis superstructis molibus obruebatur. Nec deerat in illo,
sed non eminebat. Et nescio an maximum uitium subtilitatis sit, nimis se ostendere. Ma-
gis nocent insidia, quæ latent. Utillissima est dissimulata subtilitas, quæ effectu apparet,
& habitu latet. Interponam itaq; aliquibus locis quæstiones controuersiarum, sicut ab il-
lis composita sunt. Non his argumenta subtexam, ne & modum excedam, & propo-
situm tam meum q; uestrum, cum uos sententias audire uelitis, & quicquid ab illis addu-
xero, molestum futurum sit. Hoc quoq; Latio meus faciebat, ut amaret sententias, cum
condiscipuli essemus apud Maxillum rhētorem, hominem satis aridum, paucissima bel-
le, sed non uulgato genere dicentem, cum ille exilitatem orationis suæ impicaret con-
trouersia, & diceret. Necesse est me per spinosum locum ambulātem, suspensos pedes
habere. Aiebat Latio, Non me hercules tui pedes spinas calcāt, sed habent, Et statim ipse
dicebat sententias, quæ interponi argumentis q; maxime declamantis Maxilli possent.
Solebat autem & hoc genere exercitationis uti. Ut aliquo die nihil præter epithemata
scriberet, aliquo die nil præter enthymemata, aliquo die nil præter has translaticias, quas
proprie sententias dicimus, quæ nihil habent, cum ipsa controuersia implicitum, sed fa-
tis apte & alio transferuntur, tanquam quæ de fortuna, de crudelitate, de sæculo, de deli-
tiji dicuntur, hoc genus sententiarum supellectilem uocabat. Solebat schemata quoq; p;
se quacūq; erant controuersia scribere. Et putant illum homines hac uirtute caruisse, cū
ingeniū qdē eius hac dote abundauerit, iudicium autē eius fuerit strictius. Non place-
bat illi orationem inflectere, nec unquam recta uia discedere, nisi cum hoc aut necessitas
coegisset, aut magna suauisset utilitas. Schemata obscura negabat decoris causa inuenta,
sed subsidiij, ut quod palam aures offensurum esset, si palam diceretur, id oblique & fur-
tim surreperet. Summā quidē esse dementiā, detorquere orationē, cui recta esse liceret.
Sed iam diutius uos nolo morari. Scio q; sit odiosa Circensibus pompa. Ab ea autē con-
trouersia incipiam, quam primum declamasse Latronē meum meminī, admodum iu-
uenem in

Egredia
Cyneæ
memoria

Scōma La-
tronis i Ma-
xillū retor-
eum.

*

uenem in Maxilli schola, cum iam cepisset ducere diem.

DECLAMATIO prima primi libri, quæ est de patruo abdicante nepotem, quem prius adoptauerat.

Liberi parentes alât, aut uinciantur. Duo fratres dissidebât inter se, alteri filius erat. Patruus in egestatē incidit. Patre uetante, adulescens illum aluit, ob hoc abdicatus tacuit. Adoptatus a patruo est. Patruus accepta hæreditate, locuples factus est. Egere cepit pater. Vetante patruo aluit illum filius. Abdicatur, cōtradicit.

Prima pars pro nepote.

Eo iam productus erat, ut omnē spem ultimorum alimētorum in ea sola domo poneret, in qua habebat abdicatum & inimicum. Ipse, inquis, ali me uetuit. Limitationem alienæ culpæ innocētiam uocas. Omnis instabilis & incerta felicitas est. Quis crederet iacentem super crepidine Marium, aut fuisse consulem, aut futurum? Quid non timendum felicibus putas? Quid desperandū infelicibus? Ne circa plura instabilis fortunæ exempla te mittam, uide quis alimenta rogetur, & quis roget. Non sum hospes grauis. Vnum senē aduoco. Hoc tibi uitio placui pater. Periret totus orbis, nisi iram finiret misericordia. In status inter duos patres, utriusq; filius, semper tamen felicioris abdicatus. Illud tamen pater deos testor, diuitem te relinquo. Circuibo tecum pater limina aliena. Omnibus ostendam, & me qui alimenta dedi, & te qui negasti. Abdicari non possum ob id quod feci, lege cogente. Quid si flere me uetes, cum uideo hominem calamitosum? Non sunt affectus nostri in nostra potestate, Quædam iura non scripta, sed scriptis omnibus certiora sunt.

Pars altera pro patruo contra nepotem.

Rescere proposuit ex mea inuidia homo, qui se melius factare potest, q̄ defendere. Iustus meus metus est, ne hæredem ingratum scribam, inimicū relinqua. Etiam si non odisti eum, qui fecit mihi iniuriam, tamen ego odi illum, qui fecit tibi. Desinit esse filius, qui non tantum a patre abdicatus, sed ab alio adoptatus est. Audite q̄ ualde egerim. Fratrem rogavi. Quis es tu, qui de facto patruum feras sententiam? Ad te arbitrum odia nostra non mittimus. Iudices habemus deos.

Extra controuersiam.

Alius Flauius prætextatus apud Cestium controuersias declamabat. Semp̄ autem cōmendabat eloquentiam eius aliqua res extra eloquentiam. In puero de mentia, Lenocinium erat ingenij ætas.

Declamatio secunda de uirgine prostituta:

Sacerdos casta castis, puris pura sit. Quædã uirgo a pyratibus capta uenit, Empta a lenone, & prostituta est. Venientes ad se exorabat stipem. Militem qui ad se uenerat, cum exorare non posset eum luctantem, & uim inferre uolentem occidit. Accusata, absoluta, & reuera ad suos est. Petijt sacerdotium, Contradicitur.

Prima pars contra uirginem petentem sacerdotium.

Sacerdos uestra adhuc in lupanari uiueret, nisi hominem occidisset. Quid mihi sacerdotem, cuius precario est castitas? Id enim decrat, ut templa eas recipiant, quas aut carcer, aut lupanar eiecit. Indignam te sacerdotio dicerem, si transiles per lupanar. Fortuna, inquit, pati coegit, & misereri debent omnes mei. At nos miserandas non facimus sacerdotem. Nec est apud nos maximus honos ultimorum malorum solatium. Ita domi custodita est, ut rapi posset. Ita chara fuit suis, ut nō redimeretur. Ita raptæ pepercere pyrata, ut lenoni uenderent. Sic emit leno, ut prostitueret. Sic uenientes deprecata est, ut ferro opus esset, Mouet me respectus omnium uirginum, si in ciuitate

ciuitate nulla inueniri potuit, nec meretrice castior, nec homicida purior. Nulla est satis pudica, de qua queritur. Omnes, inquit, exorauit. Si quis dubitat an meretrix esset. Audite q̄ blanda sit. Ponamus tres sacerdotium petere. Vnam quæ rapta sit, Alteram quæ prostituerit. Tertia quæ hominem occiderit. Omnibus negabo.

Pars altera pro uirgine petente sacerdotium.

Voluerunt Dii esse miraculo. In captiua libertatem, in prostituta pudicitiam, in homicida innocentiam. Narrate sane tanq̄ ad prostitutam uenisse, diū tanq̄ a sacerdote disceserint, q̄ pudica sit miles ostendit, q̄ innocēs iudex, q̄ felix, reditus. Inter tot pericula Dii illam non seruassent, nisi eam sibi seruari uisissent. Totus populus ad seruandam pudicitiam contulit, quicquid ad uiolandam attulerat. Dicat pudicitiam suam Dii quibus debet.

Extra controuersiam.

Longe recedendum est ab omni obscenitate uerborum & sensuum. Quædam satius est causa detrimento tacere, q̄ inuerecunde dicere.

Declamatio tertia de incesta saxo deiecta.

Incesta saxo deijciatur. Incesti damnata anteq̄ deijceretur, uestam inuocauit, deiecta uixit. Repetitur ad pœnam, contradicitur.

Prima pars contra incestam.

Id enim deerat, ut modestior in saxo esset, q̄ in sacrario fuerat. Dubitari nō potest quin tamdiu deijcienda sit, donec efficiatur, propter quod deiecta est. Patrocinium suum putat pereundi infelicitatem. Quid tibi importuna mulier imprecet: nisi ut ne bis quidem deiecta pereas. Exponam cum quo stuprum uel quando commisit. Quia probaui, ista damnasti. Non putas legem cauisse ut perires, quæ cauit quemadmodum perires. Male de Dii existimas, si sacerdoti suæ tã sero occurrerit. Ita Dii maluerunt damnatam absolvere, q̄ sacerdotem.

Pars altera pro incesta.

Damnata deiecta est, absoluta descendit. Putares puellam nō deijci, sed dimitti. Lex sacerdotem non ad saxum usq; deferret, nisi sententiam deorum expectaret. Erat altitudo montis, etiam sequire aspicientibus horrenda.

Declamatio quarta, quæ de forti sine manibus.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utriq; corpus interficiat, sine fraude sit, liceat adulterium & in matre filio uindicare. Vir fortis in bello manus perdidit. Deprehendit adulterum cum uxore, de qua filium adulescētem habebat. Imperauit filio, ut occideret. Non occidit. Adulter effugit, abdicat filium, contradicit.

Prima pars pro forte contra filium.

Solus ego ex omnibus maritis nec adulterum dimisi, nec occidi. Quis non putet, aut me sine filio, aut filium sine manibus? Contemptus est iste, a quo sciemus. Cū adulterum deprehendi, tunc primū sensi me manus in bello perdidisse meas, domi etiam filij manus perdidit. Tam frustra ad filium q̄ ad gladium cucurri. In bellum non præuenit, & ante patrem q̄ patri negauit manus. Viq; eo pugnavit pro nobis, ut pro se non posset. Adulescens quos dimissisti sequere, non potui, inquit, matrē occidere. Quo sis excusator, adijce & patrem.

Pars altera contra fortem hominem pro suo filio.

Alterum putauit parricidium, matrem coram patre occidere. Non semper scelera nostri sunt iuris. Et truces animos misericors natura debilitat. In tā inopinati flagitij spectaculo, toto corpore stupui. Pater tibi manus defuerūt, mihi omnia, priusquam in memoriam reuerterer, exierant. Maius erat scelus, quod imperabas, q̄ quod deprehenderas. Si quid exegeris ultra uires meas dicam, Ignosce. Non possum, Igno-

possum. Ignoscit pater filio nauigationem recusanti, si non ferat mare. Ignoscit nō sequēti castra, si nō potest, quis ipse pater militaris sit. Ipsam legem recita. Liceat marito, liceat & filio. Quare tā multos nominat, nisi quia aliquos putat esse, qui non possint. Exierunt adulteri inter patrem debilem, & filium stupentem.

Declamatio quinta de eo qui duas rapuit.

Rapta, raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias petat. Vna nocte quidā rapuit duas. Altera mortem optat raptoris, Altera uero nuptias petit.

Prima pars contra raptorem.

Stupro accusatur, stupro defenditur. Cum altera rapta litigat, altera aduocat. Vindicat patres. Fortior publicæ disciplina seueritas surgat, iam binæ rapiuntur. **C**oitus populus uelut publico metu territus, uix credens duos fuisse raptores. Alteram iniuriæ rapuit, alteram patricinio. Perieras iam raptor, ni bis perire meruisses. Si te ante rapuisset, & nuptias optasses, deinde hanc uitiasset ante te nuberes, negares illi iubente rapta debere mori. Nihil amplius raptori præstare potes, quæ ne lege tua pereat. Contra alienam legem nullum ius habes. Tu raptori præstas, ut illum ipsa non occidas. Non potes præstare, ne quis occidat.

Pars altera pro raptore.

Inter pares sententias mitior uincat. Refer Virginiam, dic Lucretiam. Plures tamē Sabine sunt. Cōtumeliosum mihi erit, te dignam uideri, in cuius honorem homo occidatur, me dignam non uideri, in cuius honorem homo seruetur.

Declamatio sexta de filio quodā ducente filiam Archipyratæ.

Captus a Pyratæ scripsit de redemptione. Non redimebatur. Archipyratæ filiam eum iurare coegit, ut duceret se uxorem, si dimissus esset. Iurauit ei. Relicto patre secuta est adolescens. Duxit illam, Orba incidit, Pater imperat, ut Archipyratæ filiam dimittat, & orbam ducat. Nolentem abdicat.

Prima pars contra filium.

Bona spei uxor, bona spei nurus, quæ uel amare captiuū potest, uel odisse patrē. In carcere, inquit, ac tenebris iacebam. Narret, inquit, focero beneficia. Puella non misericordia mota est, sed libidine.

Pars altera pro filio.

Illo me loco non deseruit, in quem uenire & pater timuit. Vidisses membra uinculis pressa, macie retractos introrsus oculos. Attritus cathenis eram, & inuultus manus, talem quis amare nisi misericors potest. Inter tot consulatus Marius nihil habet clarius, quæ se auctorem. Pompeium, si hereditariæ extulissent imagines, nemo magnum dixisset. Seruum regem Roma tulit. Quid tibi uideatur illi, qui rapti ab aratro paupertate sua beatam fecerunt rempublicam? Non possimus una felices esse, quod solemus, una infelices erimus.

Declamatio septima de tyrannicida a Pyratæ dimisso.

Liberi parentes alant, aut uinciantur. Quidam alterum fratrem tyrannum, alterum in adulterio deprehensum, deprecante patre ne faceret, interfecit. A Pyratæ captus scripsit patri de redemptione. Pater Pyratæ epistolam misit, si præcidissent ei manus, duplam pecuniam se daturum. Pyratæ illum dimiserunt. Pater in egestatem incidit, petit alimenta. Negantem uult in uincula ducere.

Prima pars pro filio tyrannicida.

Si præcideritis, scribe potius occideritis. Tyrannicida exitum tyranni rogo. Nō tibi meo, ne quas manus Pyratæ soluerunt, iudices alligent. Pro adultero filio rogas. Quaritur nunc unde tyranni fiant. Duplam dabo. Apparet, pro unico filio rogas, duplam dabo, alteram pro filio, alteram pro tyrannicida. Si manus præcideritis. Hoc nec adultero fecimus, nec tyranno. Etiam nunc manus meas petis? Nega tuam esse epistolam, & habes argumentum. Dic, ego rogare etiam pro adultero soleo. Remiserunt me reipublicæ cum manibus, patri cum epistola. Hoc nostro sæculo ad fabulas deat, ut narraretur aliquis a Pyratæ dimissus, alligatus a patre. Eius crudelitatis emptor, cuius nec Pyratæ uenditor. Duplam dabo. Quid necesse est? potuit uilius solui

uilius solui, ut præcideris manus. Obstupere prædones, & iniquunt. Indica patri, nō omnia piratas uedere. Qualem optem patrem, nescio. Diues debilitat, pauper alligat. Neutrū hoc manibus meis expedit. Vbi est matrimonium tuum? uel quo, tyrannos instruis? uel quo adulteros facis?

Pars altera contra filium tyrannicidam.

Suiccepti tria prodigia inter me & se ferentia. Vnum, qui posset patriam opprimere. Alium, qui fratrem uiolare, Alium qui patrē. Lex hæc scripta est pro malis patribus. Nam boni etiam sine lege aluntur. Sciebam piratas non facturos, nisi pecuniam accepissent, & si sperassent, utiq; præcidissent. Non ira illa patris, sed calliditas fuit. Vnde redimerem, non habebam. Rogare in tam auara ciuitate neminem poteram, in qua nec filij patres alunt. Vfus consilio sum, sciens piratas, non crudeles, sed auaros, Feci ut desperaret, quod posses redimi. An prudenter cogitauerim, nescio. Interim feliciter cogitauit. Exclusa mens est, ex quo uidi unum in arce filium, alterum in adulterio, tertium in paricidio.

Extra controuersiam.

Relicus solus orbus senex, qui color approbandus est impetu. Magna enim uis opus est, ut aliquis accusans se, miserabilem faciat. Sparsum memini hominē inter scholasticos insanum, inter insanos scholasticum.

Declamatio octaua, quæ est de forti abdicato.

Quater fortiter fecerit, militia uacet. Ter pater fortem in acie, quarto uolentem exire retinet. Nolentem abdicat

Prima pars pro abdicato.

Quod patria superest, patri uindico omne, filio pugnante, laxum iam, p te dubito. Nescio quid lex timet. Miraris, si quod legi satis est, patri nimis est. Causa mihi abdicandi est, ne sine filio uiuā. Abdicatio mea in potestate abdicati est. Optimus finis uirtutis est, antequam deficias, desinere. Lex quoque uiro forti inter dum aut diffinit, aut consulit.

Pars altera contra fortem abdicatum.

Certe abdicatis pugnare licet. Pudet me, ter uicti militans. Senator post sexagesimum quintum annum, in curiam uenire non cogitur, nec uetatur. Quicquid honoris nomine datur, in utraq; parte licet. Alioquin desinit premium esse, cui necessitas imponitur. Ocium imperas animo non ociofo. Tumultus exortus est. In me omnium ciuium diriguntur oculi, & ad hunc uerum dicendum est. Nihil mihi paria debet. Nunquid pugnaui nisi coactus. Adhuc militia mea legis munus est. Athenienses abdicato uicerunt duce, quantum uero interest? Ille abdicacionem, uirtute deleuit, Ego merui.

Libri primi declamationum finis.

PROLOGVS SECVNDI LIBRI:



Cum repeterem quos unquam bene declamantes audissem, occurrit mihi inter alios philosophos Fabianus, qui adolescens admodum, tantæ opinionis in declamando, quantæ postea in disputando fuit. Exercebat apud Arelium Fulcum, cuius genus dicendi imitatus, plus deinde laboris impendit, ut similitudinem effugeret, quam impederat, ut exprimeret. Erat explicatio Fulci Arelli splendida quidem, sed operosa & implicata, cultus nimis acquisitus, compositio uerborum mollior, quæ ut illam tam sanctis fortibusque præceptis præparasse animus pati posset. Summa inæqualitas orationis, quæ modo exilis erat, modo nimia licentia uaga & effusa, Principia, argumenta, narrationes aridæ dicebantur. In descriptionibus extra legem omnibus uerbis, dummodo niterent, permissa libertas. Nihil acre, nihil solidum, nihil horridum. Splendida oratio, & magis lasciuia quam læta. Ab hac cito se Fabianus separauit, & luxuriam quidem cum uoluit, abiicit, obscuritatem euadere non potuit. Hæc autem illum usque in philosophiam profecuta est. Sæpe minus quam audientis

Excussa

*

† Ab hoc loco quæ se / quuntur p / tinent ad s / ptorē ptem / p uiro for / ti. Itaq; sine / titulo uide / tur adiecta

ti satis est eloquitur, & in summa eius ac amplissima facultate dicendi. Antiquorum tamē uitorum remanent uestigia. Quaedam tam subito desinunt, ut non breuia sint, sed abrupta. Dicebat autem Fabianus fere dulces sententias, & quoties incidebat aliqua materia, quae conuitum saeculi reciperet, inspirabat magno magis q̄ acri animo. Illi deerat oratorium robur, & ille pugnatoris mucro, splendor uero uelut uoluptarius nō elaborata orationi aderat. Vultus dicentis lenis, & pro tranquillitate morum remissus, uocis nulla contentio, nulla corporis asseueratio, cum uerba uelut iniussa fluerent. Iam uidelesq̄ compositus & pacatus animus, cum ueros compressisset affectus, & iram doloremq̄ procul expulisset, parum bene imitari poterat, quae effugerat. Suasorij aptior erat, locorum habitus fluminumq̄ decursus, & urbium situs, moresq̄ populorū nemo descripsit abundantius. Nunq̄ inopia uerbi substitit, sed uelocissimo cursu ac facillimo omnes res beata circūfluebat oratio. Hac eo libentius o Mellī fili charissime refero, quia uideo animum tuum a ciuilibus officijs abhorrentem, & ab omni habitu auersum, hoc unum concupiscentem, ut eloquentia tantum studeas, facilis ab hac in omnes artes decursus est. Infruit etiam quos non sibi exercet. Nec est quod insidias putas tibi fieri, quasi id agam, ut te bene crediti studij labor teneat. Ego uero non sum bonae mentis impedimentū, perige quo inclinat animus, & paterno contentus ordine subduc fortunā magnam tui partem. Erat quidem tibi maius ingenium q̄ fratribus tuis, omnium bonarum artium capacissimum est, & hoc ipsum melioris ingenij pignus non corrumpi bonitate eius, ut illo male utaris. Sed quoniam in fratribus tuis ambitiosae cura sunt, foro quoq̄ & honoribus seiparant, in quibus ipsa quae sperantur timenda sunt, Ego quoq̄ aliquando eius processus audis & hortator laudatorq̄ uel periculose, dum honestae modo industriae duobus filijs nauigantibus te in portu retineo. Sed proderit tibi illa, quam tota mēte agitas declamandi exercitatio. Sicut Fabiano profuit, qui aliquando cum Cestium audiret, nihilominus declamabat, & tam diligenter, ut putares illum illi studio parari, non per illud alteri. Habuit etiam Blandum rhetorem praceptorē, qui eques Romanus Romae docuit. An te illum inter libertinos praepceptores pulcherrimae disciplinae cōtinebatur, & minime probabili more turpe erat docere, quod honestum erat discere. Nam primus omnium lati noster rhetor Romae fuit puero Cicerone Plotinus, apud Blandum diutius q̄ apud Fulcū Arellium studuit. Sed cum iam transfugisset eo tempore quo eloquentiae studebat, non eloquentia causa. Scio futurum, ut auditis eius sententijs, cupiat multis audire. Sed nec ille diu declamatiōibus uacabat, & ego multo tempore minor q̄ ipse erat, audiebā quoties inciderat, non quoties uolueram. In hunc ergo libellum quaecunq̄ ab illo dicta teneo, conferam.

Abdicatus post tres abdicandos.

Diuēs tres filios abdicauit. Petijt a paupere unicum in adoptionem. Pauper dare uult. Nolentem ire abdicat. Contradicij.

Prima pars pro filio pauperis.

Nunq̄ futurum putauī, ut aut pater meus liberos odisset, aut diues concupisceret. Dubitauī diu, an ille amicum tentaret, an filium. Ita uero nos sumus pauperes, qui habemus quod diues rogaret. Si immerito abdicauit, odi parem, tot ejicientem innocentes. Si merito, odi domum tot facientem nocentes. Amo aequae paupertatem & patrem, utroq̄ asueui. Non tibi permittis fulta liberis domus est, quanq̄ nec sic debuisti dare. Tutior aduersum fortunam est, cui aliquid post damnū superest. Abdicō, inquit, apparet unde uenias. Vna inter nos disputatio est. Hic me dignū putat bono patre, Ego meo. Diuitem mihi uis dare, Ego te uolo. O merito abdicadum, si talem patrem relinquo. Quem me uideri uelim nescio. Innocētem, si abdicor. Nocentem, si adoptor. Non ut in ceteris abdicatiōibus, in mea potestate est non abdicari. Perdatur sum patre, si abdicor. Perdaturus sū, si nō abdicor. Quid interest utri ejiciat, an transferat: Et si parendum in omnibus patri, in eo non parendum, quo efficitur, ne patet sit. Graue est carere unico. Grauius eo, quem filius concupiscit. Non delectant dominos ignoti seruorum greges. Nec sonantia ergastula laxi ruris. Patrem gratis amo. Necesse est ut timeam domum liberis infelicem. Non potest inueniri aptius tempus recon-

cliationis

cliationis. Diues filios quarit.

Pars altera contra filium pauperis.

Magnū & hoc inter cetera paupertatis incommodum est, quod abdicatiōe filius non timet. Senatorium gradum census ascendere facit. Censui Romanum quidem a plabe discernit. Censui in castris ordinem promouet. Censui in foro iudex legitur. Nūc facilius est paupertatem laudare, q̄ ferre. Si enim, inquit, dati fuerint liberi mei, habebo hanc cum illis, si perseuerauerint, habebo pro illis.

Extra controuersiam.

Horridi declamatores fidelius tuētur colores quos proposuerunt. Nulla sententia dulcedo subrepat, nullum schema sollicitat. Sic quae malam habent faciem, saepe pudicae sunt, non animus illis deest, sed corruptor. Gallus Nibius tam magna fuit olim eloquentia, q̄ postea infantia. Cui accidisse uni scio, ut ad infantiam non casu caderet, sed iudicio perueniret. Nam dum infans imitatur, dum lenociniū ingenij furore putat, quod simulabat ad uerum redegit. Otonius pater edidit quatuor libros colorum, quos Gallio noster Antiphontis libros uocat, tantum in illis somniorum est. Syriacus contra maximum scrutinium, a quo premebatur, cum comes eius fuisset, dixit: Per annos quindecim in officio tuo fui, dic quid peccauerim? Sed haec est consuetudo uestra, iniuriam uocatis finem seruitutis.

Declamatio secunda de iureiurando uiri & uxoris.

Vir & uxor iurauerunt, ut si quid alteri accidisset, alter moreretur. Vir peregre profectus est, misit nuncium uxori, qui diceret se decessisse. Uxor se praecipitauit. Recreata, iubetur a patre uirum relinquere. Non uult. Abdicatur.

Prima pars pro filia uxore.

Di immortales, qua debetis prudentia humanum genus regitis, efficitis ut illud non periculum amantis esset, sed experimētum. Hos deicere uult focer, quos nec mors quidem diuisit. Moriar, inquit, habeo & causam & exemplum. Quaedam se maritorum amore rogis ardentibus miscuerunt. Quaedam animabus suis redemerunt maritorum suorum salutem sollicitudine breui. Inter has puellas uia uia nominat. Assidue contentiones erant. Sine te uiuere non possum. Immo ego sine te, quia certantium exitus esse solet. Iurauimus. Hic animus sine dubio iurantium fuit, ut uiuē didicerentur, cum illud quoq̄ cauerent, ne morte diuiderentur.

Pars altera contra filiam uxorem.

Non possum, inquit, relinquere uirum. Quid nō potest, qui mori potest? Penedum falsa mortis nuncium misit, uerae recepit. Potest sine uiro pati. Peregrinationem eius tulisti, iureiurando iam liberata es casu proximo.

Extra controuersiam.

Ouidius Naso apud Aurelium Fuscum magistrum suum, hanc controuersiam declamauit. Nam Latronis admirator erat. Latro in praefatione quadā dixit, Non uides, ut immota fax torpescat & ignes exagitatae resistat. Mollit uiros ocium, ferrum situ rubiginem ducit. Et Naso dixit. Vidi ego iacatas mota face crescere flammās. Et rursus nullo concutiente mori. Hic autem dixit, quicquid laboris est, in hoc est, ut uxorem a uiro, & uirum ab uxore diligē concedas. Necessē est deinde, ut iurare permittas, sed si amare permiseris eidem. Pauca nostri pater crimina. Et litigauimus & cecidimus. Et quod fortasse nō putas, perieram. Rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres uersus, petiuit inuice, ut tres exciperet, in quos illis nihil liceret. Cōscripserat illi quos tolli uellet secreto. Hic quos tutos esse uellet. In utrisq̄ codicillis iudicium uerius erant, ex quibus primum fuisse narrabat Albinouamus Pedito, qui inter arbitros fuit. Semibouemq̄ uirum, semiuirumq̄ bouem. Secundum Geldum boream, Geldum nomen. Ex quo apparet summi ingenij uiro, non iudicium deuisse ad compescendum scientiam carminum suorum, sed animum. Atebat iterum decentiorem esse faciem, in qua aliquis neuus esset.

Declamatio tertia de nepote ex meretrice suscepto.

Abdicauit quidam filium. Abdicatus, se contulit ad meretricem, & ex ea sustulit filium.

Art. Aridi

Art. tam

Acerrimum
Ouidij in
carminibus
iudicium

Art. cedētis

filium, Aeger ad patre misit. Cum uenisset, comendauit ei filium, & decessit. Pater post mortem illius in adoptionem recepit nepotem. Accusatur ab altero filio dementia.

Prima pars pro patre.

Dementia in me noui generis arguitur, sanus essem, si non agnoscerem meos. Expectabam, ut aliquis pro abdicatione rogaret. Nemo audebat propinquo, si fra- tre cessante. Deficientis spiritus sustinebam in aduentum meum. Intraui, iam ca- dentes oculos ad nomen meum erexit. Fugientem animam retinuit. In sinu meo, & filium, & animam deposuit. Nunciatum est mihi in ultimis esse filium. Nec hoc a fratre.

Pars altera contra patrem.

Pater istius incertus est. Bene cum isto ageretur, si & mater. Incidit in meretricem Inter caetera mala & foecunda mulier. Nescio aduersus patrem iniuriosior sis, quod abstulisti illi haeredem, an quod dedisti. Adoptauit enim filium eius, propter quem eiecerat suum.

Declamatio quarta de raptore patrem non exorante.

Raptor nisi intra tricesimum diem & suum & raptam patrem exorauerit, pereat. Raptam patrem exorauit, suum non exorat. Reum facit dementia.

Pars prima contra raptorem.

Quid contremiscis senectus? Quid lingua trepidas? Quid obtorpuisti oculi? Nondum tricesimus dies est. Nec tristiore quidem uultu expugnatam filiam pu- dicitiam tulit. Nihil cito exoratus est. Nec omnia uitia eius ab adulescentia repetam. Virgine rapuit, Patrem accusat. Hoc intra triginta dies. Putas me accusatori promissurum, quod filio negaui? Miraris dubitare patrem. Lex

ipsa inter mortem & nuptias dubia est. Semper enim sibi omnia licere credit. Nihil me unquam rogauit. Ignouit enim, inquit. Aliquis ante me rogatus est, Demens sum. Videt, Nimirum turpiter uiuio. Legem ignoro, dies tuos non numero. Demens, inquit, es. Postest aliquis ignoscere, sic roganti? Deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis me miserum qua poene permisi. O me miserum in hoc tantum, quod triginta diebus irasci non possum. Quid miraris, si citius illum exorasti? Facilius est donare iniuriam, quam crimen. Procede in medium senex, cuius misericordia crudelis sum. Iam, inquit, angustum tempus est. Et tibi uacat accusare. Sic aliquis exorat? Sic deprecatur? Apparet te nunc primum rogare. Quid enim tam demens egit? Non sum exoratus. Nondum transiit tempus. Adhuc exorari possum. Quam iniquum est, nondum esse me nocentem, & iam esse reum.

Pars altera pro raptore.

Me miserum pater, irae tuae detractum est nihil, tempori autem multum. Infelicio- rior sum, quam si neutrum exorasssem. Si seruaturus es filium, iam tempus fuit. Si occisurus, iam tempus est. Prior rogatus es, quem magis timebam.

Declamatio quinta de torta a tyranno pro marito.

Torta a tyranno uxor. Nunquid de uiri tyrannicidio sciret, perseuerauit nega- re. Postea maritus eius tyrannum occidit. Intra quinquennium non parientem, sterilitatis nomine dimisit. Agit illa ingrati.

Prima pars pro uxore.

Eas nuptias tyrannicidii diduxit, quas non diduxit tyrannus. Trahebant matro- nae. Rapiebant uirgines. Nullae tunc uidebantur feliciores, quam quae filios non ha- bebant. Suspiciatus est tyrannus de tyrannicidio hunc cogitare, siue isti aliquid excidat siue non. Bene tegit uultus magna consilia. Tamen de uxoris garrulitate queri non potest, cum sciat quemadmodum taceat. Imposita in euleum, saepius ad ablen- tem uirum respexit, quam ad praesentem tyrannum. Explicabat totus aduersus infelicem foemina tyrannicam crudelitatis apparatus, & illa instrumenta uirorum quoque animos ipso uisu fran- gentia, ad excutiendum muliebris pectoris sententiam proponunt. Verberibus corpus ab- rumpit. Nescio Respublica, an tibi liberos ista mulier datura sit. Tyrannicida dedit. Mi- raris, si transit quinquennium inter uxorem tortam, & uirum occupatum? Scis sum corpus fla- gellis, igne adustum, tormentis conuulsum. Ignoscetis puto mulieri, si dixerit fessa est? Quid

Quid tyrannicidio gloriaris? Facilius est tyrannum occidere, quam sustinere uerba, lamli- nas, eculos. Quicquid antiqua saeuitia inuenerat, quicquid adiecerat noua. Quid am- plius dicam? Et tyrannus torquebat, cum de tyrannicidio quaereret. Non premit censum onerosa sumptibus. Et (ut sceleri mos est) in deterius luxu fluente mulieris. Ambitio cer- tamine mutuo, usque in publica damna priuatis insanit. Nunquid gemmas, & ex alieno lit- tore petis lapillos? Expecta, potest parere. Non respondet ad certam foecunditas diem. Sui iuris rerum natura est. Vtrum putas mirandum esse, tuum tyrannicidium, an huius silentium.

Pars altera contra uxorem.

Ego torta sum merito objceres, nisi te uindicasssem, etiam si scisti de tyrannicidio, nec indicasti. Non est beneficium, scelus non facere. Denique neque scisti. Non enim ti- bi indicauit. Nec tam magnam consilium, uirilibus quoque graue animis, commisi mu- liebri garrulitati, quae id solum potest tacere, quod nescit. Quo tempore uxor tor- ta est, nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam, postea cogitauit. Et haec cogitandi causa fuit, Vxoris ultio. Si quod audierit tacuit, non beneficium est, sed fides.

Extra controuersiam.

Lucius Vincius quo nemo cuius Romanus in agendis causis praestantius habuit ingenium. Quicquid longa cogitatio illi praestatura erat, prima intentio animi dabat. Ex tempore causas agebat, sed non desyderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere uideretur. De hoc eleganter dixit diuus Augustus. Vincius ingenium in numero habet.

Vincius inge- niu in nume- rato habuit

Declamatio sexta de parte & filio luxuriosis.

Quidam luxuriante filio luxuriari coepit accusatur a filio demetia. Contradicit. Prima pars pro patre contra filium.

Accusator meus intra se contrarios habet affectus. Cupit rem damnari. Crimen absolui, sed tu senex, inquit, hoc dicis, luxuria tua serius coepit, citius desinet. Quidam summum bonum dixerunt uoluptatem. Nihil est mihi opus praeci- pientibus. Habeo exemplum. Ostendi tibi luxuriam, quam in te non uidebas. Ebrietatem patri objicit ebrius.

Pars altera pro filio contra patrem.

Adulescens luxuriosus peccat. Senex luxuriosus insanit. Nemo uitia quae odit, imi- tatur. Quis imperator ob hoc de prelio fugit, ut bene pugnaret exercitus? Non co- ercet uitia, quae prouocat. Mea quoque luxuria patri imputabo. Non sub seuera sui disciplina, non sub bene instituta domus lege, quae posset adolefcentis forma- re mores, & a uitijis aetatis abducere. Quodammodo ad luxuriam a patre praemisus sum Madent cani unguento, & commestator senex nulli nimis luxuriosus, sed parum sanus uidetur.

Declamatio septima de peregrino negociatore & formosa.

Quidam cum haberet formosam uxorem peregre profectus est. In uiciniam mulieris peregrinus mercator migrauit, ter illam appellauit de stupro, adie- ctis precijs. Negauit illa, decessit negociator, testamento omnium bonorum suorum reliquit formosam haeredem, & adiecit elogium, quia pudica coepit. Adijt hereditate. At redijt maritus. Accusat adulterij uxorem ex suspitione.

Prima pars contra formosam.

Seram querelam detuli, Non accuso adulteram, nisi diuitem faciam, post tantos impudicitiae quaestus, si tacere iam non possum, consilendum hoc habeo. Hac me causa abfuisse. Tempus est de uxore & marito credi, Ferat matrona oculos iacen- tes in terram, & aduersus officiosum saluatorem, inhumana potius quam uerecunda sit, longe ante suam impudicitiam neget in ore, quam uerbo. Nemo fortiter negantem iterum rogauit. Omnium bonorum haeres sola esto, quia corrumpi non potuisti, quia tam felici- ter pudicitiam custodisti. Tace paulisper nomen authoris. Nunquid non testamento uiri creditur? Adeo ne iam omnis pudicitia saeculi nostri abijt, ut aduersus querimoniam uiri, alieno teste defendatur uxor? Muliebrium uitiorum fundamentum auaritia est. Quae potest non timere opinionem adulterij, potest non timere adulterium. Ex omni rubeo

si timetis? uentibus? quibus ob?

Q 2 conchylis

conchyliū trahitur, quo uestis cruentē. Infelices ancillarū greges laborant, ut adultera tenui ueste perspicua sit. Et nihil in corpore uxoris suae plus maritus, quā quilibet alien⁹ peregrinūq; cognouerit. Futura existimabo iudicia. Interim quod rogat, comperit im⁹ pudicā. Omnes te impudicā loquunt. Pudicam tantū & unus, & peregrinus, cui plus laudator q̄ accusator nocet, uxorem meā nūq; audiui pudicam, nisi in adulteri elogio. De iſce in terram oculos, & aures tuas externorū uocibus claude. Sibi quisq; pro te neget, pudicam ille dixit. Ego impudicam. Puto plus creditis ciuī, q̄ peregrino, marito quam adultero. Ipsum elogium corruptoris animo scripsit, quia pudicā, inquit, comperi, quod nulli praeter me contingit.

Alt. nisi

Pars altera pro uxore formosa.

Formosa est. Hoc natura peccauit. Sine uiro fuit. Hoc maritus peccauit. Appellata est. Hoc alius peccauit. Negauit, hoc pudice. Haeres relicta est. Hoc feliciter haereditatem adiit. Hoc consulto fecit.

Libri secundi declamationum finis.

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIONVM

LIBER TERTIVS.

QUOS DAM disertissimos agnoui uiros nō respondentes fama suae cum declamarent in foro, maxima omnium admiratione dicentes. Simul ad has domesticas exercitationes fecerant, desertos ab ingenio suo. Quod accidere plarūq; aequē mihi mirum, q̄ certum est. Memini itaq; me a Seuero Cassio quaerere quid esset, cur in declamationibus illi sua nō responderet eloquentia. In nullo em hoc fiebat notabilius. Oratio eius erat ualens cultu, ingentibus plena sententijs. Nemo minus passus est aliquid in actione sua ociosum esse. Nulla pars erat, quae nō sua uirtute staret. Nihil, in quo auditor sine damno aliud ageret. Omnia nitentia & intenta aliquo, aliquid petentia. Nemo magis in sua potestate habuit audientium affectus. Verū est quod de illo dicit Gallio noster, cum diceret, regno quodā potēti batur, adeo omnes imperata faciebant. Cum ille uoluerat, irascebant. Nemo nō illo dicente timebat, ne desineret. Non est quod illum ex his quae edidit estimetis, sunt quidē & hic quaedam grata. Verum eloquentia eius longe maior erat quā lectio. Non hoc ea portione illi accidit qua omnibus fere, quibus maiori cōmendationi est, audiri q̄ legi, sed in illo longe maius discrimen est. Primum tantū dē erat in homine, quantum in ingenio, corporis magnitudo, conspicua suauitas ualentissimae uocis. Quāuis haec inter se raro coeant, ut eadem uox & dulcis sit & solida. Pronunciatio quā histrio non posset, p̄ducere, tamē quaestionis posset uideri. Nec tamē in illo quicquā magis mirareris, q̄ quod grauitas quae deerat uitae, actioni superat, q̄ diu extra iocos se continebat, censoria oratio erat. Deinde ipsa quae dicebat, meliora erant quā quae sciebat. Vir em praesentis animi & maioris ingenij quā studij, magis placebat in his quae inueniebat, quā in his, quae attulerat. Iam uero iratus cōmodius dicebat. Ideo diligentissime cauebant homines, ne dicente interpellarent. Vni illi proderat excuti, melius semp fortuna, quā cura, de illo merebat. Nunquam tamen haec felicitas illi persuasit negligentia. Vno die priuatas plures agebat & ita ut alteram ante meridiē ageret, alterā post meridiē, publicam uero nunq; amplius q̄ unam uno die. Nec tamen scio quē reum illi defendere, nisi se contigerit. Ad eo nunq; reum, nullam materiā dicendi, nisi in periculis suis, habuit. Sine cōmentario nunquā dixit, nec hoc cōmentario contentus erat, in quo nuda res ponunt. Ex maxima parte per scribebatur actio. Illa quae falsa dici poterant annotabant, sed cum procedere nollet nisi instructus, libenter ab instrumentis recedebat. Ex tēpore coactus dicere, infinito se ante cedebat. Nunquā nō utilius erat illi deprehendi quā praeparari, sed magis illum suspiceres, quod diligentia non relinquebat, cum illi tam bene temeritas cederet. Omnia ergo habebat, quae illum ut bene declamaret instruerent, Phrasin nec uulgare nec sordidā nec electam. Genus dicendi nō remissum aut languidū, sed ardens & concitātū, nec leuitas, nec uacuas explicationes, sed plus sensuū q̄ uerborū habentes diligentia, maximū non mediocris

Seuerus in declamando optim⁹

nō mediocris ingenij subsidium. Tamen non tantum infra se cum declamaret, sed infra multos, erat. Itaq; raro declamabat, & non nisi ab amicis coactus. Sed quarenti mihi quare in declamationibus impar esset sibi, haec aiebat, quod in me miraris, penē omnibus euenit. Magna quoq; ingenia a quibus multū abesse me scio, quando plus q̄ in uno eminuertunt opere. Virgilium illa felicitas ingenij oratione soluta reliquit. Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit. Orationes Salustij in honorem historiarum leguntur. Eloquentissimi uiri Platonis oratio, quae pro Socrate scripta est, nec patrono, nec reo digna est. Hoc non ingenijs tantum, sed corporibus uidemus accidere, quorum uires nō ad omnia, quae uiribus efficiuntur, aptae sunt. Illi nemo luſtando par est, ille ad tolerandam magni ponderis sarcinam prauelet, ille quicquid apprehendit nō remittit, sed in procliuū nitētibus uehicularis, moraturas manus injicit. Ad animalia ueni, alij ad aprū, alij ad ceruum canes faciunt. Equorū nō omnium (quāuis celerrimi sint) idonea curricularis uelocitas est. Quidam melius equitem patiuntur, quidam iugum. Et ut ad morbū te meum uocem. Pylades in comœdia, Bathyllus in tragœdia, multum a se aberant nomine meo, cum uelocitas pedum non concedatur tātum, sed obijciatur. Lentiores manus sunt, quidam cum oplomachis, quidam cum thracibus optime pugnant. Et quidam sic cum schema componi cupiunt, quomodo alteri est, in ipsa oratione q̄uis una materia sit, tamen ille qui optime argumentatur, negligentius narrat. Ille non tam bene implet, q̄ praeparat. Pasiēnus noster cum cepit dicere, secundum principium statim fuga fit, Ad epilogum omnes reuertuntur. Media tantum quibus necesse est, audiunt. Miraris eundem non aequē bene declamare q̄ causas agere. Aiunt eundem nō tam bene suaforias, q̄ iudiciales controuersias dicere. Silo Pompeius sedens cum facundus & literatus & haberetur disertus, si a proclamāte dimitteret declamabat tā male, ut uideat belle optabile cum dixi, nunq; surgas. Magna & uaria res est eloquentia, nec adhuc ulli se indulſit, ut tota contingeret, satis felix est, qui in aliqua eius partem est receptus. Ego tamen & propriam causam uideor posse reddere. Assueui non auditorem spectare, sed iudicem, assueui non mihi respondere, sed aduersario. Non minus deuito superuacua dicere, q̄ contraria. In scholastica quidem nō superuacuum est, cum ipsa superuacua sit. Indicabo tibi affectū meum, cum in foro dico, aliquid ago, cū declamo. Id quod bellissime Censorius aiebat, de his qui honores in municipijs ambitiose peterent, uideor mihi in somnis laborare. Deinde res ipsa diuersa est tota. Aliud est pugnare, aliud uentilare. Hoc ita semper arbitratum est, scholam quasi ludum esse, forum harenam. Et ille ideo in foro primum dicturus, tyro dictus est. Agedum istos declamatores produca senatu in forum, cū loco mutabūtur, uelut in afflueta classe, & dilecta umbra corpora sub dio stare nō possunt. Non imbrem ferre, non solem sciunt, uix se inueniunt. Assueuerūt enim suo arbitrio diferti esse. Non est quod oratorem in hac puerili exercitatione spectes. Quid si uelis gubernatorem in piscina aestimare? Diligentissime tibi me excusarem, tanq; huic rei non esset natus, nisi Scirem & Pollionem Asiū, & Messalam Coruinum & Pasiēnum, qui primo loco stat, minus bene uideri q̄ Cestium, aut Latronē. Vtrum ergo putas hoc dicentium uitū esse, aut audientium? Non illi peius dicunt, sed hi corruptius iudicant. Pueri fere, aut iuuenes scholas frequentant. Hi non tantum disertissimi uiris, quos paulo ante retuli, sed etiam Ciceroni Cestium suum praferunt, nisi lapides timerent. Quo tamen uno modo possunt, praferunt. Huius enim declamationes edificant. Illius orationes nō legūt, nisi eas quibus Cestium rescriptit. Memini me intrare scholas cū recitatur q̄ eet in Milonē Cestius, ex consuetudine sua miratus, dicebat, si Thrax essem, Fufius essem, si Parionimus essem, Pantillus essem, si equus Melifon. Non continui bile, exclamaui, & si cloaca essem, magna essem. Risus omnium ingens, scholastici intueri me, q̄ essem qui tā cras fas ceruices haberem. Cestius Ciceroni responsurus, mihi qd responderet, non inuenit, sed negauit se exiturum, nisi exirem de domo. Ego negauit me de balneo publico exiturum, nisi lotus essem. Deinde libuit Ciceroni de Cestio in foro satisficere, subinde natus eum in ius ad pratorē uocem, & cum, quantum uolebam, iocorum conuictorumq; effudissem, postulauit ut. P. R. nomen eius acciperet lege scripti maleficij. Tāta illi perturbatione fuit, ut aduocationem peteret. Deinde aduultum. P. R. edixi, & ingrati postulauit.

In una re solē mus excellere nō pluribus, pbat hoc clarissimis auctoribus.

*

*

*

Nō eloquentia totam habebat, adeo maxima est & uaria

aut aduictū

Iam apud, P. R. urbanū curatorē ei petebam, interueniētibus amicis, qui ad hoc specta- culū concurrerāt, & rogantibus dixi molestū me amplius nō futurū, si iurasset disertiorē esse Ciceronē q̄ se, uerum nec ut hęc faceret, uel ioco, uel serio effici potuit. Hanc, inq̄, tibi fabulā retuli, ut scires in declamationibus in tantū aliud genus hominū esse. Si cōpa- rari illis uolo, nō ingenio mihi maiore opus est, sed sensu minore. Itaq̄ uix iam obtineri solet, ut declamen, illud obtineri pōt ut uelim, alijs q̄ familiarissimis audientibus. Et ita fa- ciebat. Eius declamationes inaequales erant, sed neq̄ eminebāt. In quacūq̄ declamatio- ne posuisses, inaequalē eam fecisset. Compositio aspera, & quae uitaret compositionē sen- tentiae uiuae. Iniquum tamē erit ex his eum aestimari, quae statim subtexam, non em̄ hęc ille optime dixit, sed hęc optime teneo.

Luxoriosus a sodalibus caecatus.

CAecus de publico mille denarios accipiat. Decem adulescentes cum bona sua comedissent, sortiti sunt, ut cuius nomē exisset, ex pacto excacaret, & accipe- ret mille denarios. Exijt fors cuiusdā. Excacatus est, petijt mille denarios. Ne- gantur.

Prima pars contra luxuriosum excacatum.

Hij sunt oculi quos extimulisti mariti. O legem abrogandā, si excacat homines Nulli dat mille denarios, nisi qui inuitus accipit. Dic nunc miserere. Hoc cum excacareris, nō dixisti. Resp. debilitatē consolā, non emit. Consumptis patri monijs mēbra conferunt. Vtilius est Resp. unum cacum repelli, q̄ nouem si- eri. Non solū a nobis petit alimenta, sed primus. Alam eum, qui ppter debilitatē alitur. Non alam, qui propter alimenta debilitat. Sic fit ubi homines maiorē partem uitāe in te nebris ita agunt, ut nouissimē solem quasi superuacuum fastidiant.

Pars altera pro excacato.

Illis nouē nihil daturus est, nulli nunc fauorabilis erit, si eos a qbus excacatus est de- ceperit. Circūuentus adulescens ab illis nouē ueteranis cōsumptoribus, solus, in- quit, nouem cogentibus resistere non potui. Omnia ex cōposito facta sunt. Vnus mentionē intulit, omnes approbauerunt. Electus est, qui fortiter. Sors hui⁹ qua ex- iret prima, subiecta est. Cum repugnaret, excacatus est. Si circūuentus est, inquit, inui- riā persequa, de ui agat. Talionē petat. Videbitus primū est, ut habeat unde uiuat.

Declamatio secunda de paricida absoluto.

q Vidam filium accusauit paricidij. Aequis sententijs absolutum abdicat.

Prima pars contra paricidam.

Minus est iam quod rogo. Non peto ut me a paricida uindictis, sed ut separe- tis paricidā, non accuso sed fugo. An iste accusatori parcat, qui patri non pe- percit? Igitur nihil mediū est inter testamentū, & eculeum. Non est absolu- tus paricida, sed dubijs sentētijs. Ut absoluaris, multis tibi sentētijs opus est. Vt damneris, una. Non absoluerūt reum, sed solum pepercerūt. Miraris in hac ciuitate misericordiā, in qua lex absolutionē dat paribus tabulis? Quaris q̄ multis nō placeas? si unū adiecero, paricida es. Absolutionē legi, nō innocentiae debes. Absolutus, inq̄, sum.

Non abdicō te ppter paricidū, sed ppter alia uitia, quae te fecerūt tam credū- bilem paricidā.

Pars altera pro paricida.

Manifestus est adulescentis color, ut dicat se auctoritate patris oppressum.

Declamatio tertia de abdicato qui fratrem abdicatū adoptauit.

Cum filio tricenario pater patrimoniū diuidat. Quidam habuit filium frugi, & luxuriosum. Abdicat luxuriosum. Frugi, peregre pfectus est. Captus est a py- ratis, scripsit de redemptione patri. Patre cessante, luxuriosus praenuenit, & re- demit. Redijt frugi. Adoptauit fratrem suum. Abdicatur.

Prima pars pro fratre adoptante.

Non est quod quisq̄ me laudet. Prior frater fecit inter nos pietatis exemplum Vna nauigauit, una piclitas est, una omēs emensus est terras. Non reliquit me, tandē ad paternam domū reduxit. Non est quod excubatione atatis utar- is? Potes nauigare. Vtriq̄ gratias agere debes. Frater me isti reduxit. Ego isti fratre. Si tanq̄ inertem abdicasti, nauigauit, si tanq̄ impium, suos redemit. Non potest eripi filio,

eripi filio, quod lege accipit. Quomodo enim pater pōt eripere, quod nō potest dare?

Pars altera contra filium adoptantem.

Mihi necesse est abdicare, quem nolo. Hoc uno alter alteri placet, quo uterq̄ pa- tri displicet. Vt tamur medicina qua cogimur, quod in uulneribus piculosis sic- ri solet, ut malū cum ipso corpe excecet. Adoptare adulescenti pmittitur, quem lex in diuidēdo patrimonio experit. Lex te ad ministeriū patrimoniij admit- tit, nō in dominiū. Est aliqua aetas, a qua filij esse desinat. Nec tricenario quidē filio adop- tare licet. Neq̄ em̄ quisq̄ potest alium in manū suā recipere, q̄ in aliena manu est. Quō fieri pōt, ut tibi potestas uitāe neciq̄, aut in fratre sit, aut in filij nō sit? Si bene de te me- ruerat, patrē pro illis rogasses. Nam quod ego nō redemi, paupertatis fuit. Nihil in medio cōparebat. Quicquid tunc tricenarius tibi reliquerat, abdicatus abstulerat. Quid facerē solus, senex, inops? Cuius patrimoniū alter diuiserat, alter absumperat?

Declamatio quarta de seruato filio.

Seruatus contra seruatorē nequaq̄ habeat actionē. Seruatus a filio eum abdicat. Ille praescribit. Prima pars contra filium seruantem.

Licisset perire, cui nō licet loqui. Seruatū me putas? Captus sum. Redde me ho- sti. Captiuus loqui licet. Quo iam tantopere beneficia uitāe iactat? Audite quis prior dederit. Si quis me hosti reddiderit, seruatoribus uocabo. An uos abdicatio- nē putatis actionem? etiā si actio est, lex qua de seruato loquit, ad psonas tantū extraneas p̄inet. Ad filiū, & ad patrem nō magis, q̄ ad seruū & dominiū, libertum & pa- tronū. Vt a patria potestate discedas, & ad aestimationē beneficij uenias. Qui dat uitā, si prior accipit, nō obligat, sed reddit. Processi in acie exemplū filio meo. Vicit me nō ho- stis, sed aetas. Seruauit me, quē saepe seruauerā. Rediuit me senem meretrix uocat. Pa- ratorū iocantium materia sum. Omibus istis tanq̄ seruatoribus tacere iubeo. Fili si ui- uere mihi nō licet, cur perire non licuit? Ego, inquit, te protexi. Ita tu adulescens in acie non ante patrē stetit? Audite filij mei gloria. Paricidū non fecit, cum posset seruare, seruauit.

Pars altera pro filio seruante.

Hic me genuit. Hic mihi spiritū. Hic mihi has manus, quibus seruare, dedit.

Declamatio quinta quae est de rapta continente.

r Apta, raptoris aut mortē aut indotatas nuptias petat. Raptor postulat, ut ra- pta ducatur, pater non uult.

Prima pars contra raptorem.

Iste raptor est. Ego in ius adducor. Non est em̄ tam facile homini probo occidere q̄ perditō mori. Cōmunis, inquit, lex est, diij faciant, ne cogas me experiri, an tota mea sit. Quādo ergo, inquit, optabis? Hoc tempe nō possum. Curo uulnera. Famī- liā reficio. Expugnata domū lugeo, ereptam uirginitatē cōsolor. Minantē sibi ipsi, custodio. Quādo optabis? Cum rapta uoluerit, non cū raptor. Quādo optabis? Cum tu nō uoles. Quando, inquit, optabis? paro me optioni. Confirmo animū. Non est facile hoīem occidere, primo intus gemitus meos, & introrsus harentes lachrymas ago. Scio quid futurū sit. Vultus te meus decipit. Stulte quenq̄ morari putas nuptias filiae suae? in securim incurris, & carnificem ultro uocas. Cum rogare debeas, Conuictū facis. Nemo uindicare se cogitur.

Pars altera pro raptore.

Nihil est miserius, quā incertum inter uitā mortēq̄ destitui. Iam beneficū erit etiam si mortē optauerit. In amorē filiae istius incidit. Appellare de nuptijs de- bui patrem. Feci, Sed uidete q̄ etiam in lege lentus sit. Raptor uitā alieni arbi- trij habet, libertatē suā. Lex cōmunis est. Habet hoc raptor, quod timeat. Ha- bet & quod sperare possit. In lege, inquit, nō est scriptum quādo, immo statim. Quoties tempus non adijcitur, praesens intelligitur. Tam longum tibi ius in caput cuius permit- titur. Crudelius est, quā mori, semper timere mortem.

Declamatio sexta de domo cum tyranno incensa.

Damni illiciti sit actio. Quidā tyrannū ex arce fugientē cū psequerē, in priuatā domū compulit. Incendit domū. Tyrannus cū domo cōflagrauit, premio ac- cepto, agit cū illo dñs damni.

Prima pars pro tyrannicida.

Q 4 Cur nō

CVR non exclusisti: Quare recepisti: quare nullā aliam domū tyrannus petijt.
Nemo uenienti domū clausit. Aditum in domū non habui. Non gaudes te alii
quid impendisse publica libertati: Hic est in cuius domo tyrannus occisus est.
Tandē tyrannicida mōstraris. Redde, inquit, domū. Ita uiuo tyranno, nō perdi
deras, tyranni amicus, tyrāni satellites. Certe negare nō potes. Hospes diu expectaui, an
eijceret tyrānus. Facilius potes accusare aut te, q. tam familiaris tyranno fuisti, ut illi ma
xime tua placeret domus, qua illū recepisti, aut tyrannū, qui tibi damnū dedit, quod in
tuam domū cōfugit. Aut ut culpa te liberē, facilius potes accusare fortunā, quā tyrannū
potissimū ad te detulit.

Pars altera contra tyrannicidam.
Ius debet esse damnū cuius est premiū. Non elegit domū tyrannus. Nec em̄ hoc illi
uacabat, sed in eam quā potuit irruerat. Cum ego in ea nō essem, nactus hic oc
casionē nocendi, intrare noluit, sed tyrannicidū elegit. Dubium, lentum, pericu
losum urbi, accepit premiū, maius sine dubio, quā si damnū sarciret.

Declamatio septima de ueneno dato filio furenti.
Filio furenti, & sua membra lanianti pater uenenum dedit. Accusatur ab uxore
male tractationis.

Prima pars contra maritū.
Non mirum est quare uiuat, quā filium perdidit. Viuit, qui occidit.

Pars altera contra uxorem.

QVRM quotidiē perdebam, aliquando extuli. Falleris misera mulier, in orbita
tis tuæ tempore. Non perdidisti filium, sed nunc extulisti.
Extra controuersiam.

ALTIUS Flauus hanc sententiā dixit. Ipse sui alimentum eras ad damnum. Hunc
Cestius quasi corrupte dixisset obiurgans. Apparet, inquit, te poetas studiose
legere. Iste sensus est eius, qui hoc saculum amatorijs non artibus tantum, sed
sententijs impleuit. Ouidius enim libris Metamorphoseon dicit, Ipse suos ar
tus lacero diuellere morsu Cœpit, & infelix minuendo corpus aiebat.

Declamatio octaua de patre qui accusatur concursum fecisse.

QVI cœtum & concursum fecerit, capitalis sit. Victa Olyntho, cum filio adule
scente Olynthius senex athenas uenit. Athenienses omnibus ciuitatē Olyn
thijs decreuerunt. Inuitatus ad cenam ab adulescente luxurioso, cū filio ue
nit. Ibi cum de stupro filij mentio esset, pater profugit. Filius retentus est. Pa
ter flere ante domum cœpit, incensa est domus. Decem adulescentes peri
erunt, & filius Olynthij. Accusatur pater, quod cœtum concursumq. fecerit.

Prima pars pro reo concursus.

MISERO si flere nō licet, magis flendū est. Imperari dolori silentiū non pōt. Fue
rūt ex populo q. dicerent, hic meū filium, hic meā corrupit uxorem. Suū quis
q. illi & ignem attulit & dolorē. Timeo fili ne dum te quero, in ossa alicuius ra
ptoris incidā. Vbi athenarū fides: Vbi hospitales inuicē dextræ: Capti in quā
fili sumus. Dum licet fugiamus. Sed tandē a Philippo. Pariter apud Philippū certe uiri fui
mus. Lachrymæ me uocant in crimen, quasi ex quo Olynthius capta est, flere desierim.
Tantus scilicet sum, ut in ea ciuitate populū cōcitare potuerim, in qua filiū seruare non
potui. Non quoties cōuenerunt in aliquē locū plures, cœtus & cōcurus est, sed quoties
cōuocati, quoties parati, quasi ad ducē suū concurrerūt. Non si una uicinia coit, aut si trā
seuntīū paucorū numerus affluxit, sed ubi totus, aut ex pte magna populus, Vbi diuisa
in ptes ciuitas. Cœtus multitudinis magnæ nomē est, cœuentis ex consensu quodā. At il
lic initio pauci fuerūt. Deinde reliqui nō ad me cōuenerūt, sed ad incendiū, quod tamē
populus maluit spectare, q. extinguere. Lex nō eum punit ppter quē cœtus factus est,
sed eū a quo cœtus factus est. Non mihi tanti ultio fuit, ut amittere filiū uelle,
& tentari populū rogare, nec potui.

Pars altera contra reum cōcurus.
Vid cœtu opus est: Sunt scripta ad uindictam iniuriarū omnīū leges. Nota
semel multitudo modū non seruat. Ardere illo incendio ciuitas potuit.

Declamatio

A Declamatio nona de cruce serui uenenū suo domino negantis.
Eger dominus petijt a seruo ut sibi uenenum daret. Non dedit. Cauti testame
nto ut ab heredibus crucifigeretur. Appellat seruus tribunus.

Prima pars pro seruo.

LEX Cornelia te appello. Ecce haeres iubet, quod tu uetas. Ne quis illū domino
dispicuisse putet, tunc huic parari crucem iussit, cum sibi uenenū. Plura serui cri
mina consistemur, in tempestiuas poriones, inuitiles cibos, desyderanti negauit.
Quid enim nō uoluit qui uenenum petijt: Maluit crucē pati, quā mereri. Si uolū
citur, periturus est. Si non uincit, seruiturus est ei, a quo in crucem petitur. Ex altera par
te lex est. Ex altera testamentū. Crux utriusq. Furiolos seruū sine causa occidere uoluit.
Queritis insaniam argumentū: Et se uoluit occidere. Seruo, inquit, tribunus non possunt
succurrere, Seruum natum, regem habuimus. Seruo indice, patefacta est Bruti liberorū,
cum Traquinijs coniuratio. Ergo nihil interest. Venenū domino aliquis dederit an ne
gauerit: Etiam ubi remedium est mori, scelus est occidere. Tam cito uos de uita domini
seruum desperare uultis quā heredem: Mortem si suppliciiū putas. Quid rogas: Si be
neficium, quid minaris: Venenū quisquā obijcit, nisi datum: Finem ullum facies tribu
nitiae potestati: quam P. R. ut ipse plurimū posset, ualere plus quam se uoluit. Venenū
habere scelus est, tam magnum quam dominum occidere.

Pars altera contra seruum.

MORI uolens elegit huic ministerio nequissimū seruum, audacem, infestum si
bi. Ille non saluti consuluit domini, quē uidebat insanabili morbo tabescere,
sed tormenta extendit. Seruus hirsilis imperij nō censor est, sed minister. Agi
tur de iure testamentorū, quorum interit omnis potestas, si uiui neglexerint
imperia mortuorum. Tribuni ne ferent, ut fur praferatur domino: Non morieris do
mini arbitrio, morietur dominus tuo.

Libri tertij Declamationum finis.

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIONVM

LIBER QVARTVS.



QUOD munerarij solent facere ad expectationē populū detinendam, no
ua paria per omnes dies dispensant, ut sit quod populū & delectet & re
uocet. Hoc ego facio, nō semel omnes produco, aliquid noui semper ha
beat libellus, ut non tantū sententiarū uos, sed auditorum nouitate sollici
tet. Acrior est cupiditas ignota cognoscendā, quā nota repetendā. Hoc in
histrionibus, in gladiatoribus, in oratoribus, de quibus modo aliquid fa
ma promisit. In omnibus deniq. rebus uidemus accidere. Ad noua omnes cōcurrunt. Ad
noua cōueniunt. Non tamen expectationē uestram macerabo singulos produco, li
beraliter hodie & plena manu faciā. Pollio Asinius nuncq. admitta multitudo declama
uit, nec illi ambitio in studio defuit. Primus em̄ omnium romanorū aduocatis homini
bus scripta sua recitauit. Et inde est quod Labienus homo mentis quā linguæ amarioris
dicit, ille triumphalis senex, id est declamationes suas nunquam populo com
misit. Sicut quia parum in illis habuerit fiducia, siue quod magis crediderim, tantus ora
tor inferius id opus ingenio suo duxerit, exerceri quidem illo uolebat, gloriari fastidie
bat. Audiui autem illum & uiridem & postea iam senem cū Marcello Asernino nepo
te suo, quasi praeciperet. Audiebat illum dicentem, & primū disputabat de illo parte quā
Marcellus dixerat, praetermissa ostendebat, tacita leuiter implebat, uitiosa coarguebat.
Deinde dicebat partem cōtrariam, floridior erat aliquando in declamando, quam in a
gendo. Illud stricium eius & asperum & nimis ratum incendio suo iudicium, adeo cessa
bat, ut in multis illi uenia opus esset, quæ ab ipso uix impetrabatur. Marcellus quibus puer
iam tanta indolis erat, ut Pollio ad illum pertinere successione eloquentiæ suæ crederet, cū
filiū Asiniū Gallū relinqueret magnū oratorē, nisi illum (quod semp euenit) magnitudo
patris nō pduceret sed obrueret. Memini intra quartū diem quando Heriū filiū amiserat
declamare

Noua semp
delectant.

declamare eū nobis, sed tanto uehementius q̄ nunq̄, ut apparet hoim naturā contumacem cū fortuna sua rixari. Nec quicq̄ ex ordine remisit uitā solito. Itaq̄ cum mortuo in Syria Cæsare p̄ codicillos questus esset diuus Augustus, ut erat mos illi clementissimo uiro, nō ciuilit̄ tantū, sed etiā familiariter, quod in tam magno & recenti luctu suo hō charissimus sibi, pleno conuiuio cœnasset, rescripsit Pollio, eo die cœnauit, quo Herū filium amisit. Quis exigeret maiorē ab amico dolore, q̄ a patre? O magnos uiros qui fortunā succumbere nesciunt, & aduersas res suā uirtutis experimēta faciunt. Declamauit Pollio Asinius intra quartū diem, quam filium amiserat. Praconiū illud ingentis animi fuit malis suis insulantis. At contra Acheriū scio tam imbecillo animo mortis filiorū tulisse, ut non tantū recenti dolori cederet, sed ueteris quoq̄ & obliteratē memoriā sustineri nō posset. Memini cum diceret cōtrouersiam de illo, qui a sepulchris trium filiorū abstractus iniuriarū agit, mediā dictionē fletu eius interrumpi, deinde tanto maiore impetu dixit, tanto miserabilius, ut apparet, q̄ magna interim pars esset ingenij, dolor. Declamabat Marius admissio populo ex tempe solus omnij romanorū, quos meo tempe cognoui, in latinā linguam transtulit grācam facultatē. Tanta illi erat uelocitas orationis ut uitū fieret. Itaq̄ diuus Augustus optime dixit. Acherius nostri sufflamantus est. Adeo ne dum currere, sed decurrere uidebat, nec uerborū tantū illi copia, sed etiā rerū erat, quoties uelles eandē rem, & q̄ diu uelles diceret. Alijs toties figuris, alijs tractationibus. Ita ut nec regi posset, nec consumi. Regi autē ab ipso nō poterat. Alioquin liberum habebat, cui & parebat, & sic ibat, quō ille aut concitauerat eum, aut reuenerat. Iubebat enim transire cum aliquādiu locum dixerat, transibat, insistere iubebat, eodem loco pmanebat. Iubebat epilogum dicere, dicebat. Habebat in sua potestate ingenij, in aliena modū. Diuidere cōtrouersiam putabat ad rem p̄tinere si illum interrogares, nō putabat, si audires. Is illi erat ordo, quē impetus dederat. Ac nō dirigebat se ad declamatoriā legem nec uerba custodiebat. Quādā enim scholā iam quasi obsoleta refugunt, nec si qua fordidiore sunt, aut ex quotidiano usu repetita, possunt pati. Ille in hoc scholasticis morē gerebat, ne uerbis calcatis & obsoletis uterē. Sed quādā antiqua & a Cicerone dicta, cæteris deinde deserta dicebat, quā nec ille quidē orationis citatissimā cursus poterat abcondere. Adeo quicqd̄ insolitū est, etiā in turba notabile est. Hoc exemplo nemo erat scholasticus nec aptior nec sublimior, sed dū nihil uult, nisi culte, nisi splendide dicere, sepe incidebat in ea, quā de rei sūma effugere nō possent. Memini illū, cum libertinū reum defenderet, cui obijciebatur, quod patroni cōcubinus fuisset dixisse. Im pudicitia in igneum crimen est. In seruo necessitas. In liberto officij. Rem finite, loco abiete, nō facitis mihi officium, & multū ille & hic in officijs uersatur, ex eo impudici & obsceni, aliquādo officiosi uocitati sunt. Memini illam cōtradictionē sic ab illo positā, magis materia Pollionis Asinij, & tunc Cassij Seueri iocis præbuisse, & inquit, inter pueriles condiscipulorū sinus lasciuia manu obscœna inijcti, & plerūq̄ huius generis illi obijciebant. Multa erant quæ reprehenderes, multa quæ suspiceres, cū torrentis more magnus quidē sed turbidus flueret. Redimebat tamen uitia uirtutibus, plus habebat quod laudares, quā quod ignosceres, sicuti in ea, in qua fleuit declamatione.

Declamatio prima quartū libri de patre rapto a sepulchris trium filiorum ab adulescente luxurioso.

Quidam amissis tribus liberis cum assideret sepulchro, a luxurioso adulescente in uicinos hortos deductus est, & detonsus. Coactus est conuiuio interesse, mutata ueste, dimissus iniuriarum agit.

Prima pars pro rapto a sepulchro filiorum.

Nunquam lachrymæ opprimunt imperio, sed etiam irritantur. Nulla flendi maior est causa, q̄ flere nō posse. Nam rapuit me, qualem in cōuiuio puderet uenire, dimisit, qualē ad sepulchrū redire puderet, credo mirari aliquē, q̄ in foro amissis mō liberis ueniā. At ego iam in cōuiuio fui. Quoulsq̄ inquit flebis? Est quādā in ipsis malis miserorū uoluptas, & omnis aduersa fortuna habet in quælis leuamētum. Ibi me flere prohibes, ubi crudeliter ipse nō fleres. Cum miserimū sit flere, q̄ infelix sum, cui ne hoc quidē licet, Vidi ebriorū sitim, & uomentū famē. Quis est iste, qui supra lugentē

Fortis uir nō succūbit fortuna.

At. suffribus/landus.

at. aliquādo

*

supra lugentē patrem censuram lugendi postulat: proiectus in omnia gulæ libidiniosq̄ flagitia, omnibus denotandus censoribus, saculo præcepta componit. Scit quantum sui per amissis tribus filijs patri flendum sit, qui si uiuere pater fleret. Senex, orbus, infelix, hoc tantum inter miserias solatium capio, quod miserior esse non possum. Cineres meorum in sepulchro uideo. Magnum solatium est appellare sapius nomina filiorū non re sponsura. Hic mihi uiuendum est, nec de nuptijs, nec de liberis cogitandū. Dirum omen occurrit. Cogit flere, qui nō sinit. Iniuria esset felicitas, in illo conuiuio morari.

Pars altera contra raptum.

Questus fui prius de inhumanitate eorum, qui illum propinquitate cōtingerent. Nemo amicus, nemo, inquit, propinquus est. Sed melius, ut uideo, illius rabiem nouerant. Festo die sodales, amiciq̄ mecum, quorū unus, quid hunc miserum sic perire patimur? Nemo sibi ipsi finem flendi fecit. Pudet illos desinere. Cogi uolunt, Consolares te diutius, nisi & iam accusare posses.

Declamatio secunda de Metello coacto ne fungat sacerdotio pristino. Acerdos integer sit. Metellus pontifex cum arderet Vestæ templum, dum Palladium rapit, oculos perdit. Sacerdotium illi negatur.

Prima pars pro Metello.

Vesta mater fortasse nullum sacerdotem haberes, nisi Metellum habuisses. Sacrorum causam ago, non Metelli. Plus eorū interest, ne Metellum sacerdotē, q̄ Metelli, ne sacerdotium perdat. Non erat tantus Metellus, cū illi sacerdotium dedimus? Ciuitas sollicita pendebat. Duo periclitabant, quibus nihil populus habebat preciosius, Sacra & Metellus. O faciendum sacerdotem, nisi esset. Lex integram ad animum refert non ad corpus. Lex estimari hoc uoluit, tunc cum quis perteret, non cum haberet sacerdotium. Habes Vestæ duplex tui pontificis meritum, Seruauit, nec uidit.

Extra cōtrouersiam.

Pollio Ante hoc si cæcus factus esset, non abstulisset. Si postea cæcus factus est, uidit.

Pars altera contra Metellum.

Sacerdos non integri corporis, quasi mali omnis res uitanda est. Hoc in uicinis notatur, quāto magis in sacerdotibus? Post sacerdotiū magis obseruanda est debilitas. Non enim sine ira deorum debilitatur sacerdos. Apparet non esse propitios sacerdoti, quem ne seruati quidem seruant.

Extra cōtrouersiam.

Hinc colorem Gallio nō probauit, sūmo cum honore Metelli. Afferens cōtra Metellū agendū. Ita ut cogatur cū iudicibus officio pontifici & ipse cōsulere.

Declamatio tertia de patre exule & filia rapta.

Imprudentis cædis dānatus quinquēnio exulet. Rapta raptoris mortē aut indotas nuptias optet. Cum quidā haberet filiā & filium, imprudētis cædis damnatus, in exilium abijt. Filia eius rapta est. Raptor ad patrē puellæ se contulit. Impetrauit ab illo, ut iuberet filiā nuptias optare, & epistolam daret ad filium. Fratre auctore, mortem optauit puella. Pater redijt, Abdicat filium.

Prima pars contra filium.

Quomodo me excusabo Reip. cui duos abstulit? Neutrū mea culpa. In altero me fortuna decepit. In altero filius. Filia etiam fratri paruit. Filius nec patri. Per humanos, inquit, errores agnouit præces meas. Potes, inquit, omnibus hominē offendere, quē non possis occidere. Scis me ciuē debere Reip. Hoc intererit tamē, quod imprudentes occidimus, & prudentes seruauim. Aliquē in exilio intra fortunā meā uidi.

Pars altera pro filio.

Irrupit contumeliose tanquam in exulis domum. Peruenit ad patrem, non percipit eius doli. At ego querebar, quod absentis fecit iniuriam. Non possum ob hoc abdicari, quod lege factum est. Non potuisti pater de iniuria iudicare, quam non noueras, Multa nobis extorquentur, quæ nolumus scribere, & tum fortuna ea eras, in qua posses iniuriā accipere, & ille is erat, qui etiā posset in patria iniuriā facere.

Quia

Apud gentes sacerdos non integri corporis erat mali omnis.

At. ipudori.

Quia sciebat malam causam suam, egit apud illum, qui eam non nouerat. Redijt superbus, iubebat, & nos optare nuptias cogebat. Videbatur sic & illic coegisse. Aliquid tamen epistolis consecutus est. Nemo unquam tardius perijt. Collegit ingentem numerum perditorum. Expugnauit domũ. Vexauit puellam. Hoc tibi raptor nõ narrauerat.

Extra controuersiam.

Latro aiebat semper inuisum esse, qui reum alium pro se subijceret. Non oportet hoc deriuari factum, in sororis uoluntatem. Qui defendit, inquit, crimen, auiditur tanquã reus, qui transfert, tanquam accusator. Malo autem loco est, qui habet rei fortunã, accusatoris inuidiam. Asinius Pollio dicebat colorem in narratione ostendendũ, in argumentis exequendum. Imprudenter eos facere, qui in narratione omnia instrumenta coloris consumerent. Nam & plus eos ponere, quam narratio desyderat, & minus, quã probatio.

Declamatio quarta de eo qui armis sepulchri factus est uictor.

Sepulchri uiolati sit actio, Bellum autem cum esset in quadam ciuitate, Vir fortis in acie amissis armis, de sepulchro uiri fortis arma sustulit. Fortiter pugnauit, & repositus. Premio accepto, accusatur sepulchri uiolati.

Prima pars pro uiro forti.

Arma uix contigeram, secuta sunt. Hæc si sumo, arma sunt. Si relinquo, spolia. Vidissem uere uiolari sepulchrũ, si illo uenisset hostis. Vterq; quod alteri deerat cõmodauimus. Ille uero arma, ego armis uirum. Resp. multum consecuta est. Vir fortis nihil perdidit. Necessitas est, quæ nauigia iactu exonerat. Necessitas est, quæ ruinis incendia opprimit. Necessitas est lex temporis, Quicquid fit non legitime pro legibus, melius est. Pro ipso sepulchro actum est, in quo notiora sunt iterum arma uictoria. Pro Republica plerumq; templa nudantur, & in usum stipendij dona cõflamus.

Pars altera contra uirum fortem.

Reum habemus, in praelio inertem, in fuga audacem, in utroq; turpem, non minus patrociniõ, quam crimine. Arma sua perdidit. Hoc excusari non poterat nisi rapuisset aliena, at rapuit aliena. Hoc excusari non poterat, nisi sua perdidisset. Arma uictoria, arma consecrata dijs manibus, arma, quæ te quoq; fecerunt uirum fortem. Reposui, inquit, arma. Gloriatu, quod nõ & illa perdidit. Non te neor lege, quia reposui. Tam teneris hercle, quã qui uulnerauit aliquem, licet uulnus sanauerit, quam qui surripuit aliquid, licet deprehensus reddiderit. Non est hoc illi crimẽ propter uirtutem donandum. Iam gratiam uirtuti retulimus, premium consecuta est. Aequos nos esse conuenit. Vnũ uirum fortem honorauimus, Alterũ uindicemus.

Declamatio quinta de priuigno medico & nouerca moriente.

Abdicauit quidam filium. Abdicatus medicinae studuit. Cum pater ægrotaret, & medici negarent posse sanari, sanauit. Reductus est patri, ægrotare nouerca cepit. Desperauerunt medici, Rogat pater filium ut curet nouercam. Nolentem abdicat.

Prima pars pro filio medico.

Quo pacto istud euenit, ut abdicatione mea pater ægrotaret? Reddita nouerca? Pietati cessere morbi, medicina relinquo. Multum laboris, multum uigilantiam. Adijce huc, quod qui sanantur ingrati sunt, & medicus possum decipi, & non possum priuignus excusari. Eundem, inquit, medici morbum esse dicunt, Nempe illi, qui negauerunt te posse sanari. Ego non credo, si fatentur illam sic posse sanari. Timeo fortunã. Imputabitur mihi, si quid acciderit. Ecce tu me non posse nõ credis. Omnes medici negant, & nunc diligentiores fuerunt, quia in te decepti sunt. Non sum tanta scientia, quantæ uideor. Magnis preceptoribus opus est. Abdicatus studui. Quæris quomodo te sanauerim? Non tibi medicus, sed filius pfuit. Desyderio laborabas. Gratium tibi erat, quicquid meis manibus acceperas. Ut primũ intrauit, recreatus es. Quid in te curandũ esset, aduertit. Hæc non eodẽ morbo laborat. Multa sunt dissimilia, lerus, atas, animus. Nihil magis ægris pdest, q̃ ab eo curari a quo uolunt, Temerarijs remedijs graues morbi curant, quibus uti nõ audeo in nouerca.

Extra

Extra controuersiam.

Non oportet adulescẽtem quicq; nouerca succensere, alioquin odit & gaudet. Ferendus est adulescens, si se accusat. Non est, si ulciscitur.

Pars altera contra filium medicum.

Lvgendum est, flendum est, in hoc me conseruasti. Hostis aliquando uulnus sanauit quod fecerat, ob hoc maxime, quia alius sanare non poterat. Negant posse sanari. Nemo suscipit, nemo enim uult filio curationem præripere.

Extra controuersiam.

Pollio dicebat inter patres & filios, id solum iudex putat licere, quod oportet.

Declamatio sexta, de indistinctiõne filij & priuigni.

Quidam mortua uxore quæ in partu perierat, duxit aliam, puerum rus misit. Ex illa subinde sustulit filium. Vtrunq; puerum ruri educauit. Post longũ tempus redierunt similes. Quærenti matri uter eius esset, non indicauit. Accusaf ab ea mala tractationis.

Prima pars pro marito.

Quid fletis pueri? securi estote, non me nunciante lites sunt, & nondum indicaui. Qualis erit nouerca, quæ fieri cupit? Alter tuus est. Alter tui frater est, & si per te licuerit, neuter priuignus erit. Dum alterius uis esse mater, utriusq; es nouerca. Si coegeris, mentiar. Nõ mater, sed nouerca decipieris. Hos ipsa non luit natura distingui. Indicarem, nisi tam pertinaciter quæres. Hic tuus est. Quid alterum nouerca libus oculis intueris? Ille tuus est. Vn tibi contigit, ut habeas priuignum, & non sis nouerca.

Pars altera contra maritum.

Mala tractationis agit, Filius eius rus ablegatus a patre, & educatus est, sic, ut ignotus esse posset & matri. Tibi redijt uterq; filius. Huic uterq; priuignus. Eo crudelius filio caret, quo propius accessit. Times huius iniquitatem, cõ iniquus magis ipse ames eum, cui alterius uis donare matrem, q̃ cui non uis redidere suam.

Extra controuersiam.

Quid ad colorem pertinet uiri, Hispano Romanus, & Sillo Pompeius hoc usi sunt. Nescio, & ideo non indico tibi. Quidam miscuerunt etiam, & utroq; usi, dixerunt, Nescio, & si scirem, non indicarem tibi. Quod Latio & Cestius, sed Asinius Pollio neutrum colorem pbabat. Si dicit, inquit, nescio. Nulli fidẽ facit. Vxor ipsa non quæreret ab eo, nisi ille scire posset. Etenim contra uirũ dici potest, quare a nutrice & pedagogo. Verisimile non est, neminẽ domi esse qui sciat. Ille autem mixtus color utriusq; corrumpit, & ignorantis fidem, & non indicatis fiduciã. Nam cum dicit, etiam si scirem, non indicarem, efficit ut illum iudex scire putet, cum dicit nescio, efficit, ut uideatur indicare debere, si sciat. Hoc autem ipse colore usus est, quæ aiebat specialissimũ, scio, sed nõ indico. Quia pueris hoc utile est, & tuo filio. Magis em̃ amaturus sum eum, qui matrem uidebitur non habere.

Extra controuersiam.

Quid ad colorem pertinet uiri, Hispano Romanus, & Sillo Pompeius hoc usi sunt. Nescio, & ideo non indico tibi. Quidam miscuerunt etiam, & utroq; usi, dixerunt, Nescio, & si scirem, non indicarem tibi. Quod Latio & Cestius, sed Asinius Pollio neutrum colorem pbabat. Si dicit, inquit, nescio. Nulli fidẽ facit. Vxor ipsa non quæreret ab eo, nisi ille scire posset. Etenim contra uirũ dici potest, quare a nutrice & pedagogo. Verisimile non est, neminẽ domi esse qui sciat. Ille autem mixtus color utriusq; corrumpit, & ignorantis fidem, & non indicatis fiduciã. Nam cum dicit, etiam si scirem, non indicarem, efficit ut illum iudex scire putet, cum dicit nescio, efficit, ut uideatur indicare debere, si sciat. Hoc autem ipse colore usus est, quæ aiebat specialissimũ, scio, sed nõ indico. Quia pueris hoc utile est, & tuo filio. Magis em̃ amaturus sum eum, qui matrem uidebitur non habere.

Declamatio septima de tyrannicida, & adulterio tyranni.

Tyrannicida premium detur. In adulterio deprehensus est a tyrãno, gladium extorsit a tyranno, & occidit eum. Petijt premium, Contradicatur.

Prima pars contra tyrannicidam.

Tyrannicida premium detur. In adulterio deprehensus est a tyrãno, gladium extorsit a tyranno, & occidit eum. Petijt premium, Contradicatur.

Non fecisset tyrannicidium, nisi illum tyrãnus armasset. Cuius adulter non fuit, qui etiam tyranni fuit? Imputat nobis, q̃ in adulterio mori noluit deprehensus. Tyrannicida noster iure occidi potuit a tyranno. Certamen impari conditione contra ætum publica fortuna distraxit. Nõ innocentior uicit, sed fortior. Tulit secũ tyrãnus gladiũ. Sic enim occisuri ueniunt. Cur solus ad premiũ uenis? tyrannũ certe occidisti cõ adultera. Non lorica, clypeumue sumpsit, sed tenuem ac plucidã uestẽ, pfusus unguento intrauit cubiculum, in quo nõ esse tyrannũ diligenter agnouerat. Tyrannicida noster ne tyrannũ inueniret, optauit. Ducat tyrannicida in arcem tyrãnus, nõ uxor, odiũ, non amor, accessurus ferat animũ, ferat ferrũ, eant eo ubi inueniunt tyrannũ. Omnia

R honesta opa

honestā opera uoluntas inchoat, occasio perficit. Sepe honorata uirtus est, etiam ubi ea fessit exitus. Scelera quoque quibus citra exitum subfederunt, puniuntur. Nec infelix uirtus amittit gloria titulum. Nec gloriam uirtutis intercipit fortuita felicitas. Nunc quae maiorum nostrorum prudentia tantis muneribus tyrannicidium emeret, si etiam id libido prae mitteret. Nouo inauditoque more pugnabant. Tyrannicida pro adultero, tyrannus pro pudicitia. Occidisti tu maritum, Fortuna tyrannum, Tyrannum cadere reipublica uolo. Occidat iratus ciuis, Misceat maledicta uulneribus, qualia in adulterum maritus attulerat. Ab adultera oculis ad premium curris. Nolo tyrannicida immittatur, antequam occidat tyrannum. Po. Romanus ueneno uinei hostem noluit, proditione noluit. Non honorabo subitum tyrannicidium, non honorabo fortuitum, non coactum.

Pars altera pro tyrannicida.

Non habebas, inquit, ferrum. Quid enim tyranno profuit, quod habuit? In eo quod inermis ad tyrannum uenit, non minor uirtus, sed periculum maius. Non quaeris quid in arcem tulerim, tyrannicidium detuli. Non est gladius meus, sed manus mea est, sed animus meus est, sed consilium, sed periculum, sed tyrannicidium meum. Adulterium uocas, quo effectum est, ne quis timeat adulterium? Diligenter arce munita occasionem requireres, tentauit seruos, tentauit amicos. Per uxorem solam fuit occasio. Non putauit adulterium, uxorem tyranni polluere. Sicut nec homicidium, tyrannum occidere. Ferrum in arce ferre periculosum erat. Inuenire facile. Si tyrannum unquam nuenero obuium, qualibet res telum erit. Certe semper folet necum tyrannus habere ferrum. Gladius inter duos fortioris est. Quam sollicitus fui adulter, ne deprehenderer.

Declamatio octaua, de patrono operas dimissas repetere a liberto.

Per uim metumque gesta irrita sunt. Bello ciuili patronus uictus & proscriptus, ad libertum confugit. Receptus est ab eo, & rogatus, ut operas mitteret. Remisit. Consignatione facta restitutus exigit operas. Contradicit.

Prima pars pro patrono.

Patronus a liberto restitutionem peto. Si pacisci tunc a me uoluisses operas, spondidisses. Bona bello perdidisti. Ad restitutionem nudus ueni. Nunc libertorum operas desydero. Profer tabellas crudeliores tabula Syllanae proscriptiois. Per sequebatur illa quos uicerat. Haec persecuta sunt, quos receperant. In illa ultio fuit illi, his perfidia. Denique illa iam desijt, haec perseverauit. Non mea, inquit, sed aliena uis fuit illi. Aequae dignus est poena, qui ipse uim adhibet, ut quae ab alio admota, ad lucrum suum utitur. In hunc primum incidi. Et cum timeo ne offenderem, secutus sum haec exigente. Non recepit me, sed inclusit. Nihil est uenali misericordia turpius.

Pars altera pro liberto.

Nihil tibi opus est potestas. Scisti illum parere. Etiam si cogi non potest, qualibet indicas operas. Nunc tamen indices ita periculosos, quam indixisti. Habeo iudicia tua. Bene de seruo iudicasti. Manumissisti. Bene de liberto. Proscriptus potissimum ei te commisisti. Si uoluisses, patronum non habere potui. Unus ex proscriptis fuisti, qui tunc non posses etiam rogari. Restitutio tibi proscriptionem remisit. Non quicquid in proscriptione gessisti rescidit.

Extra controuersiam.

Omnes inuicti sunt in libertum. Varius geminus, & Ottonius egerunt leuius, ut patronus remissurus uideretur operas, si obtinisset. Nam Otto dixit, Si ne me iudicio meo, uideris redemisse. Fac, iam remittam. Quid me sic times? tanquam inuitus promiserim? Contra Cestius ait. Tunc huiusmodi utendum est coloribus, ubi uerendum est, ne uideamur rem duram postulare. Vbi contra honestam personam, promisso iudex molliore fallendus est. Quid in hac persona ueremur & cauere? nisi hoc unum, quod ex colore metuendum est, ne si nolimus haec remittere, etiam noluisse uideamur.

Libri quarti declamationum finis.

Lucij Annel

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIO PRIMA QVINTI LIBRI
De eo qui incidit alteri laqueum, quo se ipse suspenderat.



INSCRIPTI maleficij fit actio. Quidam naufragio factio, amissis tribus liberis, & uxore, incendio domus, suspendit se. Praecidit illi quidam ex praetereuntibus laqueum. A liberto reus fit maleficij.

Prima pars pro eo, qui praecidit laqueum.

TRes, inquit, liberos perdidisti. Utinam & illos seruare potuisses. Uide. Mutantur uices felicitatis humanae. Proscriptus aliquando proscriptus. Vincti fugiunt, proscripti latent, natant naufragi. Amisi, inquit, uxorem, liberos, patrimonium. Tu putas ea conditio accepisse, ne perdes? Ludit te suis fortuna muneribus. Et quae dedit, aufert, & quae abstulit, reddit. Nec unquam tutius est eam experiri, quam cum lo-cum iniuria non habet. Cn. Pompeius in Pharsalia uictus acie uixit. Mortem tuorum, tuum putas naufragium, Crassus uixit. Non priuatas perdidit, sed publicas opes. Omnia tibi fortuna abstulit, sed spem reliquit. Tolle spem hominibus, nemo uictus retinebit arma. Nemo infeliciter experta negociatione, alios appetet quaelus. Nemo naufragus uiuet. Spes est ultimam aduersarum rerum solatium. Ut uiueres natasti, miserus sum. Nec in te amplius quam periculum cogitauit. Non attendi incendium, non orbitarem. Aut si attendi, memineram te post illa uixisse. Non uisus es mihi animam moriendi habere. Legeas locum, in quo interterpellari posses.

Pars altera contra praecidentem laqueum.

Tu ille dominus fundorum, aliena arbore suspendendo laqueum. De fortuna nihil queror. Mori permittit. Nunc, inquit, morere. Iniuria est, ut qui meo arbitrio debui, tuo moriar. Amisi uxorem, liberos, patrimonium. Fortuna mihi nihil praeter laqueum reliquit. Ille nec laqueum. Sumpsi instrumenta mortis, solitudinem, & laqueum. Alterum aptum morituro, alterum misero. Quisquis interuenis si amicus es, desiste, si inimicus, specta. Cum a me iste acculet, grauiorem de me quam de reo ferte sententiam. Ego ut ne moriar, iste ut ne prohibeat. Ne hoc narare, mori uolui. Praecidit remedium meum, si qua fides est. Non enataui, sed electus sum. Nihil iam timebam, nisi uiuere. Domus mea fata claudo. Nullo miserior, quam quod ultimum morior. Cui me uita reseruas? Ut adifices? Aspice incendium. Ut nauiges? Aspice naufragium. Ut educes? Aspice sepulchrum. In tam calamitosa domo feliciores fuistis, uxor & liberi. Vobis mori contigit.

Declamatio secunda de filio pauperis, qui factus est gener diuitis inimici.

Pauper cum haberet filium, & diuitem inimicum filiam habentem, peregre profectus est. Rumor fuit de morte. Filius cum diuite in gratiam dixerit, & eius filiam duxit. Reuersus pater cogit illum uxorem repudiare. Nolentem abdicat.

Prima pars pro patre paupere.

Nemo quicquam facile credit, quo perditio, dolendum sit. Ego diu non credidi de nuptijs tuis, desertor patris, inimici cliens, uxoris mancipium. Non fleuisti patrem, non quaesiuisti, sic inimico placuisti. Rumor, inquit, fuerat te decessisse. Mirabar, si talem uxorem iubente patre habere potuisses. Non quaeris, ubi pierim. Mors mea tibi debet esse suspecta. Inimicum habeo. Quis alius hanc famam potuit inmittere, nisi qui me uiuo, filiam collocare non poterat? non times ne inter ipsas nuptias, patris ossa referantur? Tot serui sequuntur, tot liberi, tot clientes, ut quicquid dixerit, rumor sit. Fabricius aurum a Pyrrho recipere noluit. Beatior ille fuit animo, quam ille regno. Plures insidias in itinere fugi, & factum diues, quod faciendum mandauerat, credidit.

Pars altera pro filio pauperis genero diuitis.

VAnum gloriae genus, odium diuitiarum. Mortales esse inimicitiae debent. Scipio Gracchi inimicus, & postea focer. Cuius uitio inimicitiae contra factae sunt, apparet. Ille amat filium tuum, tu nec tuum.

Extra controuersiam.

Seuianus rem stultissimam dixit. Diues me semper contempsit. Nunc quae nisi pro mortuo habuit. Ut aliquid & simile de Seuiano dicam, post hanc sententiam Seuianum semper pro mortuo habui.

R 2 Declamatio

Duorum gladius fortioris est.

Vices humanae felicitatis continuo mutantur

Actiuo.

Declamatio tertia de duobus fratribus Pancratiaſtis.

Mala tractatiōis fit actio, duos filios quidā Pancratiaſtas inſtituit, & ad Olym-
piam duxit. Cum compoſiti eſſent, ut ſimul pugnarent, acceſſit ad pugnatēs
pater, & ait abdicaturum ſe, ſi quis perdidit. Cōmortui ſunt iuuenes, & de-
creti ſunt his honores diuini. Reus fit pater malæ tractationis ab uxore.

Prima pars pro filijs.

Tertius ſine ſorte pugnaſti, & utrūq; uiciſti. Stetit cruentus pater. Iam perierāt,
& adhuc minabāt. Moriunt. Nō alter ab altero, ſed uterq; a patre. Miſera ma-
ter, odiſſe nō poteſt, qui filiū ſuū occidit. Iuuenes inuicti, niſi habuiſſent patrē.

Pij iuuenes, nec parricidiū patri negare potuiſti. Vincere, ppter parricidium
nolunt, uinci propter abdicationē. Abdico, inquit, eam qui uictus erit. Demens meliore
abdicaturus es. Inuoco Iouem, cuius Olympiā parricidia abſoluta ſunt.

Pars altera pro patre contra filios.

Non facturus dixi, & ſi facturus, pro gloria eorum dixi. Non debeo in inuidia
ſolus eſſe, cum luctus cōmunis ſit. Omnes aiebant colluſuros fratres, Minatus
ſum, nō ut neceſſitatē filijs imponerē, ſed ut populo ſatiſ facerem.

Declamatio quarta de damnato parricidij, allegante fratrem.

Qui falſum teſtimoniū dixerit, uinciatur apud eum, in quem dixit. E duobus
filijs profectus eſt cum uno pater. Adoleſcens ſolus redijt. Accuſatus a fratre
parricidij, & damnatus. Diebus feſtis intercedētibus poena ex lege dilata eſt.
Redijt pater. Accuſauit damnatus fratrem falſi teſtimonij, & obtinuit, & uin-
xit. Cogit pater, ut uinctum ſoluat. Nolentem abdicat.

Prima pars pro patre.

Falſum, inquit, teſtimoniū frater dixit. Si uis illius graue crimen facere, te exora-
bilem præſta. Crudelis in fratrem, miraris, ſi in te creditum parricidium eſt. Ergo
ego duos filios habere non poſſum? Adoleſcens iam potes & parricidiū facere.
Alligatus eſt alter filius, quia non reuertebatur pater. Alter, quia iam redijt. Nū-
q̄ ſolues fratrem. Si talis es, nihil teſtis mentitus eſt. Parricida es. Non impio in te, ſed in
patrem, pio animo dixit. Suſpectum habuit, quod reliqueras patrem. Inter catenas filij
ſaceo, eodem clauſus ergaſtulo. Ingrate, teſtem tuum ſimul alligaſti.

Pars altera pro filio.

Meo periculo ſolutus ſum, meo alligatus. Vix ſolui poterat, ſi teſtimoniū falſum
pro fratre dixiſſet. Parricidiū de patre finxit, de fratre cōmiſit. Veniſſe patrē
mihi carnifex nunciauit. Parricida ſum, ſicut obijcitur. Hoc leuius irarcor. Mi-
raris, ſi eum fratrē alligare poſſum, qui me potuit occidere? Ingrata pene erat,
ipſa poenæ meæ dilatio. Expectare grauius uidebatur, q̄ pati. Imaginabar mihi culeū, ſer-
pentem, profundum.

Declamatio quinta de domo paupis p diuitē cū arbore, quæ dicij Platanus, cōbuſta.

Qui ſciens damnum dederit, reddat quadruplum, qui inſciēs ſimplum. Diues
pauperem uicinum rogauit, ut ſibi uenderet arborem, quam ſibi uidebat ob-
ſtare. Pauper negauit, Diues incendit platanum, cum qua & domus arſit. Pro
arbore pollicetur quadruplum, pro domo ſimplum.

Prima pars pro paupere contra diuitem.

Ex citatus flammā ſono, uicinorum primo fidē imploraui. Arbor ramis diſcur-
rentibus totā domū tlexerat. Nō poteſt exorari. Incendat. Eſt hoc impudentiæ
ſine ſine cōcupiſcere, ſine modo irarci. Nō poteſt expugnari precibus. Expugne-
tur ignibus. Nihil inter me & pauperē intereſt, ſi iure agamus, liceat & pauperē
gaudere proſpectu. Vos poſſidetis agros, urbium fines, urbefq; domibus impletis. Intra
adificia ueſtra undas, & nemora comprehenditis. Nihil lætius oculis tuis, q̄ ruina mea.
Domū pdidi, qui carere nec arbuſcula quidē poterā. Delitijs tuis diues ardebimus. Ocu-
lis uoluptas incendio quaerit, & proſpectus ignibus relaxat, proſpectui obſtabat. Quidē
inambulantiſ nobis non obſtant ſeruorum cateruæ: & in immenſam erecti altitudi-
nem parietes lucem non impediunt: Inſinitis porrectæ ſpacijs ambulationes, & urbium
ſolo adificia

ſolo adificata domus, non nos prope a publico excludunt. Sub hac arbuſcula imagina-
bar diuitum ſyluas. Quantum peridi, quem fatetur iratus inimicus plus pdidiſſe, q̄ uo-
luit. Non iniquum poſtulo: Eius damno deſinat incendium, cuius conſilio cœpit. Sic li-
cet ut domus ad cœlum omne conuerſa, brumales æſtus habeant, æſtiua frigora, & non
in ſuis uicibus intra iſtorum penates agatur annus. Alunt in ſummis culminibus mēta
nemora, & nauigabiliū piſcinarum frera. Arata quondam populis ſura, ſingulorū nūc
ergaſtolorum ſunt. Latuiſq; nunc uillici q̄ reges imperant. Mariā ſubmouentur pietatis
molibus. Neſciebas quanta ſit potentia ignium, q̄ irreuocabilis, quemadmodū totas cō-
ſumat urbes, q̄ leuibus inſitijs orientur incendia, etiam ſi parte damni dare uoluiſti, par-
tem noluſti, in totum quatiſ prudens dederis, tenēdus es. Ex toto enim noluiſſe debet,
qui imprudentia defenditur. Si fateretur iſte ſcienter ianuam incendiffe, puto tota do-
mus intelligeret, ex pre, ſi unū tignū. Nec em̄ quiſq; oia incendit, ſed unā aliquā rē, ex qua
ſurgat in omnia ſe ſparſurus ignis. Atqui pars domus eſt, arbor, quæ in domo eſt.

Pars altera pro diuite.

Preſentem mihi domum faciebat arbor. Cœlum omne per quod ſalubris ſpiri-
tus uenire poſſet, obdlexerat. Rogauī pauperem, & dixi, nihil tibi nocet arbor
reſiſa, Mihi plurimum non reſiſa. Quid ad te illi ramī pertinent, qui extra do-
mum ſunt? Quādam partes domus meæ ramī premebāt. Iam etiam quōdam
parietes minuerant. Scitis quanta uis ſit arborum, muros diſcutiunt.

Declamatio ſexta de rapto aduleſcente in ueſte muliebrī.

Impudicus concione prohibeatur. Aduleſcens ſpecioſus ſponſionem fecit, mulie-
bri ueſte ſe exiturum in publicum. Proceſſit. Raptus eſt ab aduleſcētibus decem,
accuſauit illos de ui, & damnati ſunt. Concione prohibitus a magiſtratu, reum fa-
cit magiſtratum iniuria.

Prima pars pro magiſtratu contra aduleſcentulum raptum.

Mulierem ueſtem ſumpſit, Capillos in ſceminæ habitum cōpoſuit, Oculos pu-
ellari lenocinio circūdedit, Colorauit genas. Non creditis? & qui non credi-
derant, uicti ſunt ſponſione. Et hoc de ſponſione forſitan uenerat, ut aunderet
impudicus cōcionarī. Date illi ueſtem puellarem, date noctem, rapietur. Sic
illum ueſtis ſumpſit, ut uideretur non tunc primū ueſtem ſumpſiſſe. Facta totius
aduleſcentiæ remitto. Vna nocte contentus ſum, ſic imitatus puellam, ut raptorem inue-
niret. Nunquid cecini, Nunquid carmen famoſum cōpoſui, aut (ut proprium genus in-
ſurta tua dicam) nunquid te rapui? Apud patres noſtros, qui forenſia ſtipendia auſpici-
bantur, neſas putabatur brachium extra togam exerere. Quā longe ab his moribus ab-
erant, q̄ tā uerecūde etiā uirtute utebāt? Cōſtat hūc ſtupratū, cū dānati eēt q̄ rapuerūt.

Pars altera pro aduleſcentulo.

Conſtat ſemper grauem, ſemper ſeuerum fuiſſe, ſemper rigidum. Sed hoc iocis
aduleſcentium factum eſt. Caterum tam nota erat uerecundia eius, ut nemo
ſine ſponſione crederet.

Declamatio de trecentis non receptis ab imperatore.

Nocte portas aperire bello non liceat. Imperator in bello ſummam poteſtatem
habeat. Trecenti ab hoſte captiui ad portas nocte uenerunt. Impator nō ape-
ruit. Ante portas occiſi ſunt. Impator poſt uictoria ei reus eſt læſæ reipublicæ.

Prima pars pro imperatore.

Non putauī meos. Nouerant legē. Cur, inquit, trecenti perierunt? Immo cur ne
perierunt, capti ſunt. Hos ego in die non recepiffem, niſi uictores. Noctū ne
uictores quidem. Procedens poſtridie in prælium pugnaturus offendi trece-
ntos, in quibus laudari nihil poteſt, niſi fuga. Nihil deſyderari, niſi numerus. Fu-
giunt, ut leges relinquunt. Redeunt, ut leges tollant. Populus Romanus in Carthaginē
ſi prælio in ſummas redactus anguſtias, cum ſeruorum deſyderaret auxilia, captiuorum
contemplit, & credidit eos libertatem magis tueri poſſe, qui nunq̄ habuiſſent, q̄ per-
didiffent. Nocte quomodo hoſtem ciuemq; diſtinguam? Quā mihi dabis notam, ut ar-
ma cognoſcā? Credo in inſidijs hoſtes fuiſſe, ut excluſos occiderēt, ſequerentē admiſſos.

R 3 Pars alte

Pars altera contra imperatorem.

Infestus illis trecentis fuit, quod iniquo eos collocauit loco, hoc ne argui posset, non recepit. Capti sunt fortissimi duces, Regulus, Crassus. Hac postremo rogati uox erat, Mitte arma. Certe hoc lex non uerat.

C Declamatio octaua de tyranno post absolutionem petentem magistratū. Competitori liceat in competitorem dicere. Tyrannus sub obligatione dominationem deposuit. Vt si quis obieisset tyrannidem, capite puniretur. Perijt magistratum, competitor contradicit.

Prima pars contra tyrannum.

Anno meo spondeo. Nulla rapietur, nullus occidetur, nullum spoliabitur templum. Cur honores tam diu gesserit, narret, per comunem deprecor libertatem. Moriar, obijciē tibi, quod occideris ciuem. Vult aliquo imperio, aliqua potestate distingui, homo magnae nobilitatis, magnae gratiae, ingentis pecuniae. Sicilia dicitur fuisse dominus, qui inclusos aeneis tauris homines subiectis urebat ignibus, ut mugitum ederent, uerba non possent. O hominem in sua crudelitate fastidiosum, qui cum uellet torquere, tum nolebat audire.

Pars altera pro tyranno abdicato competitore.

Quid egī, quicquid gessi, causa reipublicae feci. Peto ne mihi lex pro me lata noceat, neue quid noceat, quia non obijciē, quod non noceret obiectum.

Libri quinti declamationum finis.

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIO PRIMA LIBRI SEXTI,
De fratre, dante fratri abdicato chirographum de parte hereditatis.



ABDICATO fratri, frater chirographum dedit, dimidiam partem se hereditatis sibi daturum promittens, si non respondisset. Ille tacuit. Abdicatur alter a patre.

TPrima pars pro patre contra filium, dante chirographum fratri abdicato. Antum haeres alieni habet, quantum uiuo patre non potest soluere. Vis scire cuius fidei sis? nec frater quidem tibi sine chirographo crediderit. Alterius spe morior, alterius fide uiuo. Etiam patrimonium meum diuisum est. Nisi succurreris, uincit me, & ille qui tacuit. Non dissimulo me hodie duos abdicatos. Chirographum prode parricidarum foedus, & nefariae spei pactum. Chirographum danti impium, patri periculosum, accipienti turpe.

Pars altera pro filio contra patrem.

IN omnem me fortunam, frater, tibi iungam comitem. Si militandum, una militabimus. Si peregrinandum, una urbes peragrabimus. Si quotidianam rogauero stipem, & illam tecum diuidam. Noli recentem iram exagitare patris. Malui, ut tacendo patrem uincerem. Mea partis haeres ero, tuae custos. Et quia de re maxime melius sibi quisque credit, do chirographum, tu da operam, ut istud magis a patre accipere, quam a fratre uidearis. Hoc quod honeste, & quod pie gerebamus, tam palam egimus, ut pater sciret. Quid enim timebam, nisi frater sciret pater, moleste ferret filium suum, hominem auarum non esse, fratrem piuum? Ita mihi contingat patri utrumque nostrum placere.

Declamatio secunda de patre exule, prohibito a fundo filij.

EXulem tecto, & cibo iuuare non licet. Imprudentis caedis dānatus, in exiliū profectus est. Solebat uenire in possessione uicinā finibus. Rescruit hac filius, Caecidit uillicum. Villicus exulsiu patrem, Cœpit ire ad filiam. Accusata illa quod exule receperat, aduocato fratre absoluta est. Post quinquennium pater abdicat filium.

Prima pars pro patre contra filium.

Accusator ciuium me fecit exule, filius etiā meorum. Filiam honestiorē inueni, quam accusata est. Seruum frugaliorē, quam casus est. Male meruisti de patre, quē exulsiuisti, de sorore, cui prauidicio nocuisti, de iudicibus, quos in tā bona timuisti causa. Aurit

sa. Aut tu peccasti, aut soror. Filius me docuit, quod illum non recipio. Absoluta es, inquit, me aduocato, soror. Ita tu patrem non recipiebas, cum tam bene istam causam agere posses, cum absoluta est quae receperat, damnatus est qui expulerat. Filia me patrem iudicauit, Seruus dominum. Vni filio exul fui. Ignosce fidelissime seruulorum, & tibi imprudens nocui. Quam bonam eius causam putas fuisse, quae ne te quidem aduocato, damnata est. Si te haredede possum mori, dignus sum, qui etiam tibi hunc seruū relinqua. Alij exul est, tibi pater est. Nulla lex scelus imperat. Certe quae fecit, absoluta est. Lex eum tenet, qui iuuat exule, non qui patitur iuari. Ignora, dissimula, lex te innocentem, non curiosum esse iubet. Si mea causa faciebas, me admonuisses, seruum prohibuisses, non caecidisses.

Pars altera pro filio contra patrem.

Facere lege prohibente non potui. Accusata & absoluta est. Quia muliercula non uidebatur nosse leges. Non pro me timui, sed pro te. Res in noticiam hominum uenerat. Captabaris. Timui, ne occidereris. Vis scire notum fuisse? Soror accusata est. Malui seruū cadere frugalissimum, quam patrem optimum amittere.

Declamatio tertia de matre nothi, lecta pro parte hereditatis uel patrimonij mortui.

Mior frater diuidat patrimonium, minor eligat, liceat filium ex ancilla tollere. Quidam cum haberet legitimum filium, alij ex ancilla sustulit, & decessit. Maior frater sic diuisit, ut totum patrimonium ex una parte poneret, ex altera nothi matrem. Minor elegit matrem, & accusat fratrem circumscriptionis.

Prima pars pro patre nothi contra filium legitimum suum fratrem.

VNus omnium ex haere datus sum diuidendo. Elegisset, inquit, alteram partem. Tu solus talis potuisti esse filius, qualis frater eras. Lex te diuidere, me eligere iussit. A parte ne minor circumscribatur, timeo. Sic diuisit, ut si uellem, non essem mendicus. Relinquerem fratrem in egestate, matrem in seruitute. Non est diuidere, ex altera parte patrimonij ponere, ex altera onus. Talis fuit, ut illi coharedere pater ex ancilla tolleretur. Elige, aut patrimonio careas, aut sceleres. Circumscriptores dicit solent, qui aliquid sustulerunt. Ille nihil reliquit. Tu, inquit, uoluisti pauper esse. Cur igitur queror, si egestate delector? Obijci, inquit, non potest, quod lege factum, immo non nisi quod ex lege factum est. Nam si quid aliter factum est, per se irritum est. Circumscriptio semper crimen sub specie legis inuoluit. Quod apparet in illa, legitimum est, quod latet, insidiosum. Semper circumscriptio per ius ad iniuriam uenit. Lex iubet maiorem diuidere, maiorem eligere. Nec tu diuisisti, nec ille elegit. Sic te alligatus est, ut necesse haberet, quod non expediebat. Male nota fuit mea in matrem pietas. Non timuit, ne eligere possem alteram partem.

Pars altera pro filio legitimo contra nothum.

EGo nihil aliud quam diuisi. Circumscriptio non in diuisione est, sed in electione. Habes matrem, quam quidam totis redemerunt bonis. Habes gloriam, quam multi per ignes petierunt. Multa de patrimonio rapuit, cum haberet ius dominae ancilla. Imprudentia timebas, ne in illam saeuire. Non expediebat mihi, cum in illa totum patrimonium habiturus essem. Nunc tantundem habes. Habes partem, quam uoluisti, & ut tantundem haberes, nec pater uoluerat. Ideo matrem tuam ancillam reliquit.

Declamatio quarta de potione mortifera ex parte data uxori.

Veneficij sit actio. Proscriptum uxor secuta est. Quodam tempore secreto poticulum tenente interrogauit quid esset. Ille dixit uenenū, & mori se uelle. Rogauit illa, ut partem sibi daret, & dixit se nolle sine illo uiuere. Partem bibit ipse, & partem uxori dedit. Perijt illa sola. Testamento inuētus est haeres, Restitutus arguit ueneficij.

Pars prima contra maritum

Hic egit ut deprehenderet, sic deprehensus est, ut exoraretur, sic bibit, ut uiueret. Quod est hoc uenenū, quod tantum haeredi non nocet? Nemo enim tam palam uxori dedit uenenū. Fugit ne occideret, quod dixit se mori cupere. Vnus proscripti loco cupletior factus est, ut uiuere uellet, uxor illi persuadere non potuit. Persuasit res blandior, uxoris hereditas, Sciuit quam partem potionis hauriret. Cotruarias partes gladio persecutus est, suas ueneno. Occidendi finem prius uictores fecerunt, quam uicti.

R 4 Quid iam

Quid iam putabatis futurum, cum in exilium uxor testamentum tulisset, maritus uenerum: Vbi est uxor? & quid te pudet? Iam etiam proscripti redeunt. Statim consumpta potione collapsa est. Nolite mirari, si tam efficax uenenum est. Haeres est, quae dedit. Summis fere partibus leuis & innoxius humor suspēditur. Grauis illi & pestifera pars suo pondere subsidit. Apparet te diu prae paratum uenenum habuisse. Scissi diuidere, etiā si potest defendi, qui uolenti dedit. Tu non potes, qui fecisti, ut ueller. Id genus ueneni fuit, quod pondere subsideret in imū. Potionē bibit iste, uxor uenenum.

Pars altera pro marito.

Virum in pace dilexit, in bello secuta est, in consilio ultimo non reliquit. O, inquit, dignam, quam innocens sequitur. Bello ciuili lege proscriptus sum. Exulauit. Quid his malis adijci potest, nisi ut uenenum bibam, & uiuam? Venenū inquam est. Hoc qui daturus sunt, dissimulant. Venenum Cario uendidit. Quae rite an proscripto licuerit emere, quod licuit Catoni uendere.

Declamatio quinta de Epicrate reo.

Qui uim in iudicio fecerit, capite puniatur. Missus Epicrates aduersus Thracū regem. Bis in acie uictus, foedus cum eo percussit, & filiam eius duxit uxore. Cum Athenas redisset, & causam diceret, uti suum contra iudiciū quidam Thracum cultris armati, & ipse reus gladium strinxit. Cum iudices citaretur ad iudicandum, palam absolutorias tulerunt sententias. Accusatur, quod uim in iudicio suo fecerit.

Pars prima contra Epicratem reum.

Nemo iudicium tuorum non timuit, sic, tanquam tu de illis iudicaturus esses. Cū toto tibi regno suo uenit aduocatus. Nō maioribus copijs bellum instruxit, quam iudiciū, Epicrate conde gladium. Iudicium est. Quid tibi cū gladio? Certe bis uictis arma ponenda sunt. Quae est ista mutatio rerum contra naturam? In bello nuptiae, in iudicio bellum.

Pars altera pro Epicrate reo.

Eggo uim non feci. Omnia enim legitime parata sunt. Accusator suo loco dixit, Reus suo respondit. Perfectum per omnes numeros suos iudicium est. Cū iudices sententiam ferrent, extraxi gladium, ut occiderem me, si damnatus essem. Iudices tulerunt palam absolutorias, ut gratiam duci suo referrent. Nuptiarum causa, utilitas rei publicae fuit. Miles sepius pulsus erat infelici praelio. Barbaros circa iudiciū fuisse, non propter iudicium armatos, sed propter morem suum. Quid potestis, inquit, queri, quod ob fidem uobis uxorem adduxi?

Declamatio sexta de adultera uenefica.

Veneficij sit actio. Quidam cum haberet uxorem, & ex ea filiam nubilem, inducavit uxori, cui eā collocaturus esset. Illa dixit, celerius morietur, quam illi nubat. Decessit puella ante diem nuptiarum, dubijs signis crudelitatis & ueneni. Tortis ancillam pater, dixit illa se nihil scire de ueneno, sed de adulterio dominae, & eius cui collocaturus erat filiam. Accusauit uxorem ueneficij & adulterij.

Prima pars contra uxorem pro marito.

Morietur, timeo ueneficā, celerius quam nubat, timeo adulterā. Morietur, factū est, celerius quam nubat, factū est. Adulteriū serius deprehēdi quam factū est, ueneficiū antequam fieret. Duo crimina ad uos detuli, & duas indices. Altera dicit, quod factū est, Altera, quod futurū est. Generi adultera. Filia pellex. Quā infelix est domus, in qua adulterium argumentū est. Dixi, honestus est, Dixi, pulcher est, dum laudo generum, comendauit adulterum. O me tardissimū in malis meis. Ueneficiū nec denunciatum credidi, demum in ueneficio adulterium deprehendi. Versae sunt in exequias nuptiae, genitalisq; lectus mutatus est in funebrem. Subiectae sunt rogo infelices faces, profertur putre corpus, & ueneni tumens. Quid ultra quaritis? Verbis signa, signis tormenta conueniunt. Ad uocem tuam facta conueniunt. Morietur antequam nubat, factum est. Vidimus fluens corpus, & in cadauere illius materna uerba credidimus. Generum adulterio perdidit, uxorem parricidio, filiam ueneno.

Pars altera

Pars altera pro uxore contra maritum.

Dvo grauissima crimina obiecit, Adulterium & ueneficium. Adulterium ancilla teste. Ueneficium, nec ancilla quidem. Cum indignaretur se non rogatum, Exciderunt illi uerba, quae nō minus, quam pater, filiam laedit. At quare dixisti, celerius morietur, quam illi nubat? Verba dolor parum considerat. Exciderunt. Et est sepe fortuita diuinatio.

Declamatio septima de dementia patris, qui filio cessit uxore.

Dementia sit actio. Quidam habebat duos filios, duxit uxorem. Alter ex adulterebus cum agrotaret, & in ultimis esset, medici dixerūt animi uitium esse. Intrauit ad eum stricto gladio pater, & rogauit filium ut indicaret causam sibi. Ait amare se noueram. Cessit illi uxorem suā pater. Ab alio accusat demētiam.

Prima pars pro patre contra filium.

Avdite rem nouam, Fratrem crudelem, Noueram misericordē. Insanus sum, quia aliquis meo beneficio sanus est. Tradidi uxorem illi, sed eripuerat. Testor inquit, praesides pietatis deos. Prius amare coepi, quam duxeras. Ita tu iniuriam uocas, quod fratrem habes, non habes noueram? Transij prae istius oculis cū ferro. Gladium mihi nemo, nisi ager extorsit. Patri, qui periculum filij morientis uisitare non potuit, ignoscendum in quacumque facto est.

Pars altera pro filio contra patrem.

Alter lenocinio curauit, alter parricidio conualuit. Quid hoc adulterium nō putas, quod marito conciliante committitur? Nescio furiosius uxore duxerit, an haereticus dimiserit, an collocauerit? Quam demens est, cui adulterium pro beneficio imputatum est? Strinxit gladium maritus, nō ut adulterum uindicaret, sed ut faceret. Mori potius debuit frater, quam sanari turpiter. Quid enim si matrem, si sororem concupisceret? Quaedam remedia grauiora ipsis periculis sunt. Omnia inter noueram & priuignum composita sunt. Simulatum morbum, derisum anio turpissimo patre.

Declamatio octaua de uirgine Vestali incesti accusata

Virgo Vestalis scripsit huic uersum, Felices nuptiae, moriar nisi nubere dulce est. Rea est incesti.

Pars prima contra uirginem.

Felices nuptiae, cupientis est. Moriar nisi, affirmantis est. Nubere dulce est. Aut experta iuras, aut inexperta peieras. Neutrum sacerdotis est. Tibi magistratus uos fasces submittunt. Tibi consules praetoresque uia cedunt. Nunquid exigua mercede uirgo es? Sacerdos raro iuret, nec unquam nisi per suam Vestem, Moriar. Nūquid perpetuus ignis extinctus est? Moriar. Nunquid de nuptijs appellata est? Ad ultimum Vestem inuoco, ut tam infesta sit sacerdoti, quam inuisa est. Recita carmen, dum quae ro, quale carmen sit. Tu carmen scribas, tu uerba pedibus tuis emollias, & seueritatem templa debitam modulatione frangas? Quod si utique laudare uis nuptias, narra Lucretiam. De illius morte scribe, antequam iurabis de tua. O te supplicio omni digna, cui quicquam sacerdotio felicitus est. Dulce est, quam expressa uox, quam ex imis uisceribus emissa. Non expta tantum, sed deletata. Incesta est etiam sine stupro, quae cupit stuprum.

Pars altera pro uirgine Vestali.

Vnus illi uersus obijcitur, & hic quidem non totus. Non oportet, inquit, scribere carmen. Multum interest obiurges, an punias. Incesti damnari non potest, nisi cuius corpus uiolatum est. Quid tu putas poetas, quae sentiunt, scribere? Vixit modeste, castigata. Non illi cultus luxuriosior. Non conuersatio cum uiculis licentior. Vnum crimen uobis confiteor. Ingenium habet. Quid ni inuideat Corneliae matri Gracchorum? Quid ni illi, quae Catonem peperit? Quid ni inuidentur sacerdotes parientibus?

Extra controuersiam.

Varius Geminus apud Caesarem dixit, Caesar qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant, qui non audent, humanitatem.

Libri sexti declamationum Finis.

Lucij An



Nistatis mihi quotidie de Albutio, nō ultra uos differā, q̄uis nō audierim frequēter, cū p̄ totū annū quinquies, sexiesue populo diceret, ad secretas exercitationes nō multi irrumperent, quos tamē gratia suae poenitēbat. Alius erat, cū turbā se cōmittebat. Alius, cū paucitate cōtēntus erat. Incipiebat enim sedens, et si aliquando illum p̄duxerat calor, exurgere audebat. Illa intēpestiua in declamationibus eius philosophia, sine modo tūc, & sine fine eua gabatur. Raro totā cōtrouersā implebat. Non posses dicere diuisionē esse, nō posses de clamationē, tanq̄ declamationi multū deerat, tanq̄ diuisioni multū superat, cū populo diceret, oēs uires suas aduocabat, & ideo nō desinebat. Sepe declamante illo ter buccina uit, dū cupit in omni cōtrouersia dicere, non quicquid debet dici, sed quicquid potest.

* Argumentabat moleste, magis q̄ subtiliter. Argumēta em̄ argumētis colligebat, quasi nihil esset firmū satis. Oēs pbationes pbatiōibus alijs cōfirmabat. Erat & illud in argumētati one uitū, q̄ quaestione nō tanq̄ parte cōtrouersia, sed tanq̄ cōtrouersiam implebat. Ois quaestio suā p̄positionē habebat, suā excusationē, suos excessus, suas indignationes, epilogum quoq̄ suū. Ita unā cōtrouersia exponebat, plures dicebat. Quid ergo: nunq̄ ois quaestio p̄ numeros suos implēda est: Quid nō: sed tanq̄ accessio, nō tanq̄ summa. Nihil lumabile est membrū, si corpori pars est. Splendor orationis, quantum nescio, an in ullo alio fuerit, nō thesis magna, sed phrasīs. Dicebat enim citato cursu & effuso, sed preparato. Extemporalis illi facultas, ut affirmabāt, q̄ p̄prios nouerāt, nō deerat, sed putabatur ipse sibi deesse. Sentētia, quas optime Pollio Asinius albas uocabat, simplices, aptae, nihil oc cultū, nihil insperatū afferētes, sed uocales, & splendidae. Affectus efficaciter mouit, figu rabat egregie, preparatio suspitiose. Nihil est tam inimicū, q̄ manifesta preparatio. Apparet em̄ subesse, nescio quid mali. Itaq̄ adhibēda moderatio est, ut sit illa preparatio, nō confessio. Locum beate implebat. Non posses de inopia sermonis latini queri, cum illū audires, tantū oratiōis culta fluebat, nunq̄ se torfit, quomodo diceret, sed quid diceret, sufficiebat illi inquantū uoluerat explicandi uis. Itaq̄ ipse dicere solebat, cū uellet ostēdere, non haesitare se in electione uerborū, cū res animū occupauit, uerba ambiunt. Inaqualitate in illo mirari libebat, splendi dīsimus erat. Idē res dicebat omnīs fordidissimas acētū, & puluicem, & damamphilorotē, laternas, & spongias. Nihil putabat esse, q̄ in de clamatione dici non posset. Erat autē illa causa, timebat, ne scholasticus uideret. Dū aliud uitū deuitat, incidit in aliud, nec uidebat nimīū orationis suae splendore, his admixtū for didibus, nō defendi, sed inquinari, & hoc aequē omnīū est, ut uitia sua excusare malint, q̄ ef fugere. Albutius em̄ nō quō non esset scholasticus quarebat, sed quō nō uideret. Nihil detrahebat ex supuacuo strepitu. Hac sordida uerba ad patrociniū afferebat aliorum. Hoc illi accidebat, incōstantia iudicij. Quē p̄xime dicentē cōmode audierat, imitari uolebat. Memini illū oibus amissis rebus apud Fabianū philosophū, tanto iuniorē q̄ ipse erat, cū codicibus sedere. Memini em̄ admiratione Hermagorā stupentē, ad imitatioes eius ardescere. Nulla erat fiducia ingenij sui, & ideo assidua mutatio. Itaq̄ dū genera dicendi trāffert, modo exilis esse uult, nudifq̄ rebus haerere, modo horridus & uales plusq̄ cultus, modo breuis & concinnus, modo nimis se attollit, modo nimis deprimit, ingenio suo illudit, & longe deterius senex dixit, q̄ iuuenis dixerat. Nihil enim atas ei proderat ad profectum, cum semper studium eius esset nouū. Idiotissimus est inter oratorijs uirtutes res, quae raro procedit. Magno enim temperamento opus & occasione quadam. Hac uirtute uarie usus est. Sepe illi bene cessit, sepe decidit, nec mirum tamen si difficulter apprehenditur, uitio tam uicina uirtus. Hoc nemo praestitit unq̄ Galeno nostro decentius. Iam adulescens, dum declamaret apte & conuenienter, utebat q̄ hoc genere, quod eo magis mirabar, quia tenera atas refugit omne, non tantum quod sordidum, sed quod fōrdido simile est. Raro Albutio respondebatur fortuna, semper opinio, q̄uis poenitisset, libebat audire, & quidem de dictione sua timeret, etiam cum dixisset. Vt q̄ nō nullum tēpus securum illi erat, hac illum sollicitudo fugauit a foro, & tantū unius figura crudelis euentus. Nam in quodam iudicio centumuirali cum diceretur, iurissurandi conditio aliqua facta ab aduersario, induxit eīusmodi figuram, qua illi omnia crimina regegeret. Placet, inquit, tibi

Albutij in
declamatio
cōclusio.

*

quit, tibi rem iurissurando transigi. Iura, sed ego iurissurandum dabo, iura per patris cineres, qui incōditi sunt. Iura p̄ patris memoria, & executus est locum, quo p̄fecto surrexit. Aruncius ex diuerso, ut accepit cōditionem, iurauit. Clamabat Albutius nō tuli cōditio nem, schema dixi. Aruncius instabat, centūuiri rebus iam ultimis preparabat. Albutius clamabat ista ratione, schemata deerunt, natura tolluntur. Aruncius aerebat, tollantur, poterimus sine illis uiuere. Summa rei hac fuit, centūuiri dixerunt dare ipsos secundū aduersariū Albutij, si iurasset, ille iurauit. Albutius non tulit hanc cōtumeliā, & iratus sibi ca lumnā imposuit, nunq̄ amplius in foro dixit. Erat enim homo summae probitatis, q̄ nec facere iniuriā, nec pati sciret, & solebat dicere, quid habeo: quare in foro dicā: cū plures me in domo audiant, q̄ quenq̄ in foro: Cum uolo dico, asium. Vti uolo, dico q̄ diu uolo. Et q̄uis non fateret, hoc delectabat illū in declamationibus, q̄ schemata sine periculo dicebat, nec in scholasticis tamē effugere cōtumeliās poterat. Cestij mordacissimi hominis, cum in quadā controuersia dixisset Albutius, quare si calix ceciderit, frangit, si spongia ceciderit, nō frangitur. Aiebat Cestius. Ite ad illum, cras declamabit nobis, quare tur di uolant, cucurbita nō uolant. Cum dixisset Albutius, in illo qui fratrem parricidij dam natū in exarmata nauē dimisit. Imposuit fratrem in ecaleum igneum. Cestius eandē diciturus, sic exposuit cōtrouersia. Quidā fratre domi a patre damnatū, nouerca accusante, cū accepisset ad supplicij, imposuit in ecaleum ligneum, ut pueniat, nescio quo terrarū. Ingens risus omnīū secutus est, sed nec ipsi bene cessit declamatio. Paucas em̄ res bene dixit, & cum scholasticis non laudaretur. Nemo, inquit, imponit hos in ecaleum ligneū, ut perueniam, nescio quo terrarū, ubi calices franguntur. Video quid uelitis, sententias potius audire q̄ iocos, fiat, audite sententias in hac ipsa controuersia dicitas.

DECLAMATIO prima septimi libri, de eo qui fratrem parricidij damnatum in nauē exarmata imposuit.

DVobis filijs quidam superduxit nouercam. Alterum domi parricidij damna tum tradidit fratri puniendū, ille em̄ exarmato nauigio imposuit. Delatus adu lēscens ad pyratas, archipyrata factus est. Peregrinantem patrem cepit, & reuulsi. Reuersus pater, abdicat filium.

Prima pars pro filio contra patrem.

Tanta tempestate confusus dispicere nihil potui, nec satis memini, si tale ministrium mihi pater an nouerca mandasset. Ministeriū an poenā esse uoluisset, uindictā parricidij, an parricidij. In sui fratre culeo iubes. Non possum. Non ignoscis, an nō credis: Ego cōtendo nec te quidē posse. Nemo reptus est nauis fragij comes. Omnia instrumēta circūcisa sunt. Adminiculū spei nullū, patri excusandus sum, an fratri: Hoc, inquit, impietatis tuae munus ad inferos deferat, licuisset mihi p̄ fratre aliter q̄ parricidā mori. Viuit, inquit, frater. Nō credo. Seruaui, inq̄, me. Fecisti, ut crederem, in domo, in qua tam facile parricidij creditū est: Ego, inquit, fratrem occidere nō potui. Frater patrem. Emicabāt dens undiq̄ nubibus fulmina, & tempestates horridae abscōderant diē, intumuerat mare, iustus quoq̄ nauigij horrendū. Habes, inq̄, frater, si innocens nauigiū, si nocens culeum. Non potui facere parricidij. Quam facile erramus omnes, & factū putauit. Frater, inquit, tu primus in domo parricidij facies. Iacebat in littore nauigiū, quod etiam integrū infeliciter uexerat. Credo parricidā si tibi proficiscenti nauigiū suū reddidit. Subito mihi cū animo pariter excidit ferrū, & nescio qua perturbatione tenebrae stupentibus offund unī oculis. Intellexi q̄ difficile est parricidij facere, etiam quod imperasset pater. Ita mihi, quae sola miseris in domo nostra respicit, fortuna succurrat. Profectus est pater tranquillo mari, auspicato itinere, integra nauis. Quid est hoc: Felicius nauigauit damnatus, q̄ qui damnauerat. Vtrum uidet uobis innocētā apud pyratas didicisse, an ne apud pyratas quidē pdidisse: Perieras pater, nisi in parricidā incidisses. Scissa qdē uela fecerat linus, & instructas classes naufragā praecesserat nauis. Scires nauigare, qui seruaturus esset patrē. Erat nauigiū, imo fuerat o crudelis & p̄tinax nouerca. Nihilominus sauiit. Iam maria quiescunt, praedones miserentur, irati parant. Veni ad uos, ut probem me parricidam. Multas rerum natura mortis uias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt. O maria iustiora iudicij. O mitiores procellae patre. Non

Multa sunt
ad mortem
uia.